Bibliothèque numérique

medic@

**Vésale, André.** **Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum corporis partium curatione**

*Basel, Winter, 1537.*
*Cote : 71827*

PARIS biu Santé

**(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)**
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?71827

©BIU Santé

# PARAPHRASIS IN NONVM LIBRVM RHAZAE MEDICI ARAbis Clariſſ. ad Regem Almanſorem, de affectuum ſingularũ corporis partium curatione, Andrea Vveſalio Bruxellenſi autore.

Le Tignon M. Ru

Rerum ac uerborum in hoc opere memorabilium diligentiſſimus INDEX.

FACULTÉ DE MÉDECINE DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

71,827

BASILEAE.
1537.

©BIU Santé

©BIU Santé

# ORNATISSIMO

CLARISSIMOQVE VIRO D. NIcolao Florenati, inuictiſs. CAROLI Cęſaris Medico peritiſſimo, Domino ſuo & Patrono, Andreas Vveſalius Bruxellenſis, S.

RECTE *nimirum ueteres non parum intereſſe iudicarunt, uir doctiſsime, qua quis ratione in artibus ac ſcientijs uerſaretur, hoc eſt, exactam'ne in illis ſeruaret methodum, & à primis ad ſecunda, ac ſic deinceps ad proximè ſemper conſequentia debito tranſiret ordine: an uero prout unumquodq; ſe caſu obtuliſſet, ita uel primum, uel ſecundum ab eo haberetur. Quod cum tu minime ignorares, meq; aliquot ab hinc annis, Medicinæ ſtudio operam daturum intelligeres, operæprecium forè duxiſti, præclariſsimam quandam longeq; utiliſsimam ſtudendi in arte Hyppocratica mihi præſcribere rationem: cui quidem ſumma, qua potui, diligentia ſemper inſiſtens mirum dictu, quanto meo commodo, nulliſq; adeò ambagi-*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 3 sur 255

©BIU Santé


*bus, ad eam tandem peruenerim Medicinæ partem, quæ curatiua dicta, cæteris (cum ob hanc & illæ diſcantur) tum præſtantior eſt, tum ad uſum longe etiam accommodatior. Atq; hic adeò multum mirari cœpi, communem noſtri temporis plurimorum Medicorum in abigendis morbis rationem, tantum à Græcorum, doctißimorumq; hominum modo euariatam, ac Barbarorum Arabumq; perpetuo (propè dixerim) ueſtigijs tam pertinaciter inhærentem. Vnde nec abs re fore duxi, ne quid illorum omnino nos fugiat, unà cum Græcis (quos tuo exquiſitißimo iudicio ſemper præferre conſueuiſti) Arabes quoq; hac in parte paulo diligentius conferre. Hanc etiam rationem excellentißimi* PARISIENSES MEDICI *ſuis tyronibus plurimum commendarunt, ſic fore ſperantes, ut propediem uetus illa, & ab Hippocrate autore profecta* ἰατρικὴ, *magna cum mortalium utilitate prorſus reuocata, paßim uigeat, ſumpto paulatim artem hanc exercitantium opera incremento. Cum igitur ſic tuo & meorum clarißimorum præceptorum conſilio obſequutus, Rhazen ex alijs primum in manus ſumpſiſſem, ac maiori cum ſtudio ad Græcorum ſcripta, tanquã ad lapidem Lydiũ, examinaſſem (eum nanq; inter reliquos ſuæ gentis in curandi artificio primas*

*tenere,*

©BIU Santé



tenere, à præceptore meo D. IACOBO SYLVIO, eruditiſſimo ſanè Medicæ artis profeſſore ſubinde audieram) ita profectò placuit, ut dignum cenſerem, qui ſordibus ereptus, & elegantiori latini ſermonis cultu circundatus, à delicatioris quoq; auris lectore reciperetur: maxime quod omnes ferè locales morbos in tam exiguo opuſculo perſecutus ſit, quodq; non niſi in paucißimis à Græcorum decretis declinarit. Vt hinc etiam quidam adſtruere ſint conati, hunc Rhazæ librũ è Græca in Arabicam conuerſum linguam, ac ſic deinceps Rhazæ nomen illi præfixũ. Sed manifeſtè reclamare uidentur tum incognita Græcis medicamina, tum ipſe dictionis ſtylus et character, adeò horridus et incultus, quẽadmodum eſt Arabum uniuerſus, ut nihil omnino cum Græcorum illi concinnitate & elegantia conueniat: nec perinde facile aut in Græcũ, aut in Latinum ſermonem transfundi ſe ſinat. Atq; hæc cogitanti mihi ſæpius, in diuerſa diſtractus eſt animus: nunc quidem ad hoc urgens, ut quod æquum iudicaſſem, id ipſum aggrederer: nunc uero rei difficultate perpenſa, ab hoc ipſo rurſus deterrens. Nam præter ea quæ dicta etiam nunc ſunt, non'ne uel moleſtißimum eſt, tot medicaminum, aliarumq; uocum interpretationem ad ſuſceptum negotiũ omnino neceſſariam

©BIU Santé


ceſſariam addiſcere? Siquidem pauca admodum in eius libri translatione remedia inuenias, quæ non uel uiciatè ſcripta, uel obſcuris quibuſdam, aut etiam Arabicis dictionibus appellata ſint. Sed uicit tandem publica utilitas, priuato commodo (ſi modo laborum fuga commodum dici mereatur) longe ſemper anteferenda. Neq; uero parum ſubſidij polliceri uidebantur, qui difficillimæ ſimplicium medicamentorũ ſcientiæ inſtaurationi incubuerunt. Quod fermè duodecim iam annos fœliciſsima quæq; medicorum ingenia nec infœliciter tentarunt: ut perrarus admodum alicuius nominis Medicus extiterit, qui nõ aliquid poſteris, quod ad hanc ſcientiam pertineret, relinquere ſit conatus. Huc enim omnes tam nobis exoptandis ſudoribus contendebant, ut uidelicet pharmacopolarum officinas Barbaris uocibus, ne dicam falſis pharmacis infertas, priſtinæ integritati reſtituerent. His igitur motus cauſis, atq; horum adeò exemplo, Rhazæ uerſionẽ caſtigare aggreſſus ſum, ut & immenſo labore cæteros medicinæ candidatos liberarem, & ipſe poſthac autor ad hominũ manus emendatior perueniret, repurgatis non ſolum medicamentorũ Barbaris, Latiniſq; auribus incognitis uocibus, ſed tota etiam orationis ſerie in melius commutata, ut quæ prius ſqualida & inculta

eſſent,

©BIU Santé


eſſent, nec propter obſcuritatem percipi poſſent, nunc quatenus fieri poßit, & res ipſa ferat, ſplendeant, minusq; adeò Lectori negotium exhibeant. Verum nec hic quidem (quod forte ab interprete deſideraretur) uerbum ſemper uerbo reddere conatus ſum: imò potius paraphraſten egi, liberè quæ ad rem neceſſaria iudicaui ſubinde adijciens: & quædam fuſiore, quæ nimirũ obſcuriora uiſa ſunt, oratione explicans. Vnde etiam uereor, noſtras lucubratiunculas à quorundam uitilitigatorũ morſibus tutas minime futuras, ut qui nihil à ſua horrida barbarie emutatum enouatumq; uelint, nec quicquam quod ipſi nõ didicerint, penſi habeãt. Repertis enim frugibus, gladem defendunt: nec cum Gryllo in hominem redire uolunt ne aliquando faſtuoſa illorum inſcitia, uulgo turpiter innoteſcat. Quocirca uir præſtantißime, primum hunc iuuenilem conatum, tua nominis celebritate commendatum, editionis aleam ſubire uolui: utpote melius ita à calumnijs tutum fore ſperans. Siquidem tuam ſingularem in Græcorum & Arabum ſcriptorum Medicinæ cognitionem, & raram ac inauditam philoſophicarum rerum ſcientiam, reliquasq; præclaras animi tui dotes, tales alienæ uirtutis oſores reueriti, priſtinæ Hyppocraticæ artis ſtudioſorum conatibus male oblo-



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 7 sur 255

©BIU Santé

qui ac detrahere deſinent. Tibi autem eum debeo, quod ſummus ad medicinam, & ad alias meliores diſciplinas, mihi autor extiteris: nec adhuc ceſſes, ſubinde me doctiſſimis tuis literis ad ea ſtudia incitare, tuoq́; patrocinio (quo ubiq; plurimum uales) apud alios prouehere. Rogo itaq;, ut hoc meorum ſtudiorum præludium, hilari atq; exporrecta fronte, contra iſtos male feriatos defendendum ſuſcipias, ac per ocium quid in eo præſtiterim uideas, donec maiora, & tuæ excellenti doctrinæ digniora parauero. Vale, Medicorũ omnium decus: & noſtro Imperatori Auguſtiß. CAROLO, quo hoc præſertim tempore carere orbis Chriſtianus non poteſt, diu fœliciterq́; uiuito. Bruxellis, Cal. Febru. Anno 1537.

©BIU Santé

# RERVM AC VERBORVM HOC OPERE memorabilium INDEX.

## A

ABrotanũ. 189
Aceti in dẽtium doloribus peſtis. 84
Acetoſa herba 126
Acetum neruis inimicum 213
Albugo oculo innata. 52
Alchitra 152
Amplexicaulis herba. 137
Anacardina cõfectio. 19
Anacardinũ mel. 20. 99
ἀνασάρκα hydropis ſpecies, eiusq́ curatio. 145
ἀγκυλόγλωσσι 96
Ani fiſtulæ 195. 196
Ani procidentia 198
Ani ſciſſuris ac fiſtulis medentia 190
Anginæ curatio. 97. 99
Apoplexiæ ſigna 13
à ſanguinis copia. eo.
à pituitoſo humore. 14
Aqua oculi 64
Aquæ intercutẽ origo 182. eiuſdem curatio 142.
Armenij lapidis puluis 165
Arquati curatio 141
Articulorũ tophi. 214. 215
Aſcarides qui, & contra eos medicamẽ. 189. 190
ἀσκίτης hydrops, eiusq́ curatio 142. 145
Aſininum lac 84
Aſſa arbor 29. 123
ἆσθμα 102
Auditorio meatui ſi quid

a 5 quid

©BIU Santé



quid inciderit, quomodo euellendũ. 76
Auditus grauitas ex ſordibus. 73. à crudis humoribus. 74. ex ſiccitate. 75. ab expurgato humore per criſim. eodem.
Auripigmentum 57
Auris ulcus 72
Aurium cera 73. 74
Auriũ dolor ex inflammatione. 69. à craſſis uiſcoſisq; humoribus. 70. ex flatuoſo ſpiritu 71
Aurium ſonitus ac tinnitus 72
Aurium uermes 76

B

Balaninum oleum. 111
Βάτραχος 97
Been incognitæ ueteribus radices. 38
Βηχικοὶ globuli 100
Bilem atram gignentes cibi qui 34
Bilem atram purgantia catapotia 37
Birſen thoracis affectus 107
Βλεφαρόξυσον 55
Blitum 177
Bombyx cruda 115
Burungium 189
Braſſica capitata 28

C

Cæcitudo nocturna 65.
Cali 175
Callonymus piſcis 65
Cameli urinæ uſus 82
Cancer in naribus à polypo diuerſus 81
Cancer uuluæ 202
Candentis ſili uſus in dentiũ doloribus. 86
Caninus appetitus ab acido ſucco. 135. ab immodica tranſpiratione, aut calido ſucco. 136.
Cannabis, ſiue canabis. 28.
Capitis dolor ex ſanguine. 1. ob bilis copiam. 2. ex pituita. 3. 7 ex uentriculi uitio. 7. ex inſolatu 7.
ad Capitis feruidum cruciatum

©BIU Santé



ciatum emplaſtrũ. 5.
ad frigidum 6
Catapotia ad uentrẽ deijciendum 159
Catapotia de hermodactylis 213
Catapotia ex bdellio. 193. 164
Catapotia ex rheobarbaro ſeni 143
Catapotia purgandæ bilis atræ 37
Catapotiorum cocciorum compoſitio 4
Catapotiorum ex aloë compoſitio 4
Catapotiorum fætidorum compoſitio 18
Catarrhus ſiue deſtillatio ex frigido aëre. 39
cũ calida intẽperie. 40
Cathera 174
Cazi electuarium 164
Cera aurium 34. 37
Ceruſſa albũ Raſis. 222
de Ceruſſa collyriũ. 185
Charta babylonica 168
Cheieri, uiolæ luteæ. 223
χίμοσις 61
Cherua 19
Cholera morbus 115
Κιασάμπιλος 87
Coccia catapotia 3. 5
Κόλλος eodem, & 4.
Cœliacus ex iocinoris obſtructione, &c. 163
ex uentriculi & gracilium inteſtinorum uitio 163
Κώλικος, eiuſq; curatio. 149.
Colicus ex flatu. 152. à bilioſo humore 155
Colicus ex ſanguine 156
Columellæ curatio. 90
Collyrium album. 44. 46.
Collyrium de ceruſſa 185.
Collyriũ Eleyſier. 49. 51
Collyrium ex æris flore 57
Collyrium ex fellibus. 61. 64. 65.
Collyrium ex plumbo. 49. 50.
Collyrium ex thure. 50
Collyrium polychreſton 51.

Collyrium

©BIU Santé



Collyrium rubrum. 54. uiride 55. 57
Comitialis morbus. 25 ex obſtructione. eod. per cõſortium. 26. ex uentriculi uitio. 27. ex cerebri pituita. 28. ex ſanguinis copia. eodem.
Comitialis morbi cum ephialte conſortiũ. 30
Condylomata 192
Congelati qui 17
Conuulſio oris 23
Conuulſio, quæ σπασμός Græcis. 24 (119.
Coraceſius bolus 118.
Cordis palpitatio. 113. ex calore. eodem. à frigida cauſa 114
κόρυζα 42
Coſtinum oleum 19
Cotoneorum malorũ pharmacum. 124
Crocus orientalis. 45
Cyrenaicus liquor. 29. ſiue Cyrenaicus ſuccus 86
Cubebę quid. 114. 115. 119
Cuſcuta herba. 137

D

Damnocochia 176
Dentes eradicantia & confringentia medicamenta 87.
Dentium dolor, ex inflammatione. 84. ex frigidi humoris afflu xu 85
Dentiũ refrictioni medentia 88
Dentiũ ſtupori medẽntia 88
Deſtillatio ſiue Catarrhus ex frigido aëre 39.
Διαβήτης 186
Diacalaminthes electuarium 163
Diacydonium 124
Diamoſchi cõfectio. 107
Diarrhæa ex bilis copia 164
Diomedeæ aues. 27
Dyſenteria, eiuſq; curatio 169

E

Ebur combuſtum pro ſpodio 112
Electuarium Cazi 164

Electua-

©BIU Santé




Electuarium de ſtyrace 167
Electuariũ diacalaminthes 163
Electuarium ex baccis lauri 153
Electuarium ex cumino 122
Electuarium ex gallia moſchata 149
Electuariũ Exhilarans dictum, eiuſq; deſcriptio. 38. & uſus. 39
Electuarium ex thure 162
Electuaria ſub antidoti nomine 153
Eleiſer collyrium. 49. 51
Elephantiæ curatio. 220
Emplaſtrũ de ſpica. 139
Ἐπιληψία 25
Ἐφιάλτης 30
Ephialtæ cum comitiali morbo conſortium 30
Epithema ad uentris profluuium 169
Epithymi decoctum. 33
Ἐχαλρα 79
Exhilarantis electuarij deſcriptio 38
Exputionis cruentæ ac purulentæ curatio 109
Extremarum partiũ dolores 222

F

Ferri ſtercoris compoſitio. 123. ſiue ex ferri ſtercore cõfectio. 191
Filicula 33. 38. 211
Filtrum 148
Fiſtulæ ani 195. 196
Fiſtulæ angulorum oculi maiores 67

G

Galliæ moſchatę cõfectio 5
Galliæ moſchatæ 150
Gibbi incipientis cura-tio 218
Gingiuarum dolor. 84
Gingiuarum ſanguine humentium curatio 89
Grauedo, eiuſq; curatio 42
Gurgulionis laxatio, ſiue procidentia. 90
Gutturi inhærentiũ depulſio

©BIU Santé



pulſio 91.92

H

Halcyonium 35
ἁιμόφοβοι 105
Hæmorrhoides 190
Hellebori uſus ad ſternutationes 23
Herbæ refrigerantes. 48
Ὑποσάρκα hydropis ſpecies, eiusq; curatio. 145.
Hyrudinum gutturi inhærentiũ curatio. 91
Humeralis uena quę. 44
Hydromel ad colicos dolores ex flatib. 157
Ὕδρωψ, aqua intercutẽ. 142

I

Ἴκτερος 140
Ἰλεός, a frigido humore, eiusq; curatio. 149
Incubo ex obſtructione 30. ex ſanguine. 31. à pituitę copia. eodem.
Inſolatus 7
Inteſtini plenioris & tenuioris morbi 149
Iocinoris dolor ex intemperie, aut humore calido. 136. ab intẽperie, aut materia frigida 138
Iocinoris inflammationis abſceſſus ue curatio 140
Iozulapon 41
Iuiubæ 40
Iuleb uiolatum 33.41

K

Kanabel 189
Kebekengi 87

L

Lac acidum, lac ſciſſum 166. 187
Lactis muliebris uſus. 35 (44. 60.
Lacca. 139.
Lachrymis oculorũ curandis quæ faciant. 58. 59.
Laconicum prima balnei domus. 7. 22. 71. 86
Lactaria herba 87
Lapidis in ueſica ſectio 178.
Lapidi in ueſicæ ceruice hærenti quomodo medendum 174
Laſerpitium 86
Lateralis dolor 104
Λειεντερία 166
Lepidion 18

Lethargo

©BIU Santé



Lethargo cõferentia. 16
λευκοφλεγματία 145
Lienis dolor ex inflammatione. 147. à frigido humore. 148. ex flatu. eodem.
Liĕteria à calido humore 160
Lienteria à cœliaco affectu quid differat 161
Lienteria à crudo & frigido ſucco 161
Lienteria ex naturaliũ facultatum imbecillitate. 162
Linguę oblęſo ſenſui ac deficienti motui quomodo ſuccurrẽdum. 94.
Linguæ puſtularum curatio 97
Linguæ tumor 96. 97
Linguæ ulcera 88
Linimenti ad ophthalmiam deſcriptio. 45
Linodera herba 137
Lippitudo, ὀφθαλμία 43
Lucij piſcis fel 65
Lũbricis in ano aut uentre natis quę adhibẽda 183
Lumborum rubor ſiue exulceratio 228

M

Μαλάβαθρον 115
Mãna, mel aërium 41. 44. 98
Maſſacumia 53
Medicamẽ acre. 194. 196
Mel aërium, manna. 41. 44. 98.
Melancholia ex propio cerebri affectu 35
Melancholia naturalis & ſanguinea 36
Melancholiæ initium. 31
perfectio 32
Melancholiæ per conſortium curatio 32
Melancholiæ tribus ſpecieb. cõia quæ. 36
Menſtrua quomodo ſiſtenda. 199. quomodo cienda. 200. (80.
Meſtezeberegi unguẽtũ
Mingentibus pus quæ conducant 180. 183
Miua 124
Mixæ 40
Molæ uteri curatio. 206
μολύβδου χυλὸς 202
Muraba 100

Nardini

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 15 sur 255

©BIU Santé


N
Nardini olei confe-ctio. 131
Narium cruſtæ ac ulce-ra 79
Nariũ polypus, ſiue ſar-coma. 80. cancer. 81.
Nemen 134
Neruorum reſolutio. 17
Nigellæ uſus 82
Κνατακλον 65
O
Oculi abſceſſus ſi-gna 47
Oculi angulorũ fiſtulæ maiores 76
Oculi humiditati cõdu-cens puluis. 60
Oculi inflammationis nondum ſuppuran-tis curatio. 48. item iam ſuppurantis, & ulceris curatio. eodẽ.
Oculi ſuffuſio. 62. ſiue a-qua 64
Oculi album 47
Oculorum anguli ca-runculis pruritu ue-xatis laborantes. 55
Oculorum ulcera. 47
Oculorũ uibices, & cru-entæ ſuffuſiones. 58
Oculorum unguis. 56
Oculis incidentia quo-modo educenda 51
Ocymi maioris ſuc-cus 78
Oeſipus 201
ὀιλήματα 145
in Oeſophagum prola-pſorum remedia. 93
Oleum ſcorpionũ. 177
Olfaciendi facultas ob-læſa. 82. eiuſdem reſti-tutio 83.
ὀφθαλμία 43
Oris diſtortio, ſiue con-uulſio, ob pituitæ in-farcionem. 23. ex ſic-citate 24
Oris ulcera 88
P
Palleatæ curatiões. 197
Palpebrarum pili o-culos iritantes. 61. (54
Palpebrarum ſcabricies
Palpebrarum tumor. 61
Παράλυσις. 17. à pituita. eo-dem. ab extrema cau-ſa. 20. ex humoris ob confuſio-

©BIU Santé



cõfuſionẽ influxu. 21.
Paſtilli de balauſtijs. 166
Paſtilli de capparibus. 148.
Paſtilli ex acidæ ſpinæ baccis. 137
Paſtilli ex chamælea. 143. 144.
Paſtilli ex camphora. 141.
Paſtilli ex cancamo. 139
Paſtilli ex rheobarbaro Seni 138
Paſtilli ex roſis 120. 121
Paſtilli ex ſpica 132
Paſtilli ex ſpodio, aſtringentes 165
Paſtilli ex ſuccino 183
Paſtilli ex thure 134
Paſtilli teneſmo dicati. 167.
Pæoniæ radicis puluis ad ſternutationes 28
Περιπνευμονία 108
Philonis Tarſei anodynon 155
Philonium ileoſis ſalutare 155
Phrenitis quando perfecta putanda 11
Phrenitidis incipientis indicia. 10
Φθίσις 111
Pillulæ bechicæ 100
Pillulæ de raued 145
Pillulæ ex ſtyrace 102
Piper calidum 18
Pituitam ducens pharmacum 161
Πλευρῖτις 104
Pleuritidis nothæ curatio 107
Podagræ, ac reliquorũ articul. morborũ remedia 210
Polychreſtõ collyrium. 51.
Πολυπόδιον 33. 38
Polypus à cancro nariũ diuerſus 81
Polypi curatio 80
Πτερύγιον 56
Pulmonum inflammatio 108
Pulicaris herba 201
Puluis ad ducendũ uentrem 159
Puluis Armenij lapidis 165
Puluis citrinus. 46. albus. eo-



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 17 sur 255

©BIU Santé



bus. eodem.
Punicorum malorum puluis 163
Pupilla 66
Pupillæ dilatatio, à ſiccitate. 66. ab humoris copia. eod. à plaga. 67.

R

Radicũ decoctarũ iuris præparatio 140.
ῥαγάδες, ſciſſuræ 193
Ramech cõpoſitio. 90
Ramicum genera. 208
Ranarũ uiridium uſus 88.
Ranulæ curatio 97
Ranunculus 87
Raſis album, ceruſſa. 222
Regius morbus. 140. à meatuum obturatione 141
Renum & ueſicæ calculus 175
Renum inflammatio 179. 181
Renum Scirrhi curatio 181.
Reſina cedrina 152
Rhob Arabibus quid 187
Ribes. 6. 160. ueteribus incognitum 96
Ricini fruticis oleũ. 158

S.

Sabot piſcis. 65
Saccarum 38
Sacer morbus 25
Sal Indicus 38
Sandalum lignum ueteribus incognitum 5
Sandalinũ cerorum. 141
Sanguinis à naribus profluuium 77
Sãguinis ſcreatu aut uomitu eiecti curatio 109
Sanguinẽ aut pus mingentibus, quæ utilia 183.
Sapa 192
Sarcomatis narium curatio 80
Saxifragia 176
Scabricies palpebrarum (54.
Σκίρρος. 182.
Scirrhi renũ curatio. 181
Scirrhi uentriculi curatio 130
Sciſſuræ, ῥαγάδες 193
Scorpionũ cineres, eorumq́;

©BIU Santé



rumq́ præparatio. 176
Scorpionum oleum. 177
Σκότωμα 8
Σκύβαλον 152
Sebel 54.57
Sebeſte 40
Secretorum liber falſò Galeno inſcriptus. 53
Seitaragi 18
Sementina 189
Seminum decoctũ. 158
Sericæ 40
Singultientibus quare tumor incutiatur. 135.
Singultus à flatu & crudo ſucco. 133. ex ſiccitate 134
Siſimbrij ſemen 134
Sopor, ex cerebri pituita 16
Σπασμός 24
Spinachia herba 100. 177
Spirandi difficultas. 102
Spiritus compreſſione ſingultui ac ſternutationi ſuccurri. 135
Splenis dolori remedia 147
Spuma maris 53
Σταφυληπαρτον 91
Sternutamenta 23.40
Sternutationis remedium 135
Stomachicorum medicamentorũ quę craſſitudo eſſe debeat 124
Struthia 124
Struthium ad ſternutationes mouendas. 23
Stupor à frigido ſucco 21
de Styrace electuarium 167
Succini uſus 52
de Succino paſtilli 183
Suffuſio oculorũ. 62.64
Sumen, eiusq́ prominentia. 142
Supini decubitus noxa 40
Surditas unde 75
Συνάγχη. 97. ex ſanguinis copia. eod. à pituitoſo ſucco 98
Syphon 174



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 19 sur 255

©BIU Santé



Syrupus acetoſus 114
Syrupus acidus 99.
Syrupus cotoneorũ malorum acetoſus 125
T
Tabis curatio 111
Taguid auis 27
Tamarind. inter medicamina ueteribus incognita 2
Telephion 173
Teneſmus 167. à putri pituita 169
Terra ſigillata uera officinas noſtras carere 110. 111.
Thapſia Indica 18
Theriaca ad dentiũ dolorem 86
Thoracis recremẽtis eijciẽdis medicamẽ. 104
Τιθύμαλος μυρτίτης 87
Tophi articulorũ. 214. 215.
Tremor ex frigido ſucco. 21. ex uino. eodẽ.
Tremoris prẹſidia eadẽ, quæ ſtuporis 22
Tunicula. 54. (es. 4.
Turbit, tithymali ſpeci-
Tuſſis à caliditate & ſiccitate, 100. à pituitæ copia 101
ad Tuſſim, decoctũ 40
Tuſſis ex catarrho 41. ſicca & humida. eod.
Τυμπανίτης 146
eiuſdẽq; curatio. eod.
V
Varicum curatio. 219
Vena humeralis. 44.
Ventriculi frigiditati cõducens electuarium 115.
Ventriculi imbecillitas, ob frigidam diſtemperiem 120
Ventriculi œdema. 132
Ventriculi oris dolor ac inflammatio. 127. abſceſſus 131
Ventriculi ſcirrhi curatio 130
Ventris profluuij remedia 160
Vermiũ in ano aut uentre naſcentium origo 188.
Vertigo à ſanguinis copia. 8. ob ſtomachi uitium 9. ex

©BIU Santé



tium.9.ex propria cerebri pituita 10
Veſicæ calculi ſeu lapidis ſigna 175
Veſicæ inflammatio. 179.181
Violæ luteæ, cheieri 223
Violatum iuleb 33.41
Viſus debilitas 59
Vitis morbi curatio. 219.
Vnguentũ de ſene.194.
Vnguentũ mordax.80
Vnguenti uiridis deſcriptio 80
Vnguis oculorum 56
Volubilis maior 87
Ὀυρητῦρις 179
Vrinæ ardor 182
Vrinæ difficultas à partium debilitate.170. ab externa cauſa.171. à corpore urinæ meatum obturante 172
Vrinæ ſuppreſſæ precipua medicamina. 174.
Vrinam inuiti reddentes, quibus curandi. 185.
Vrinarij meatus, ὀυρητῦρις 179
Vſne 173
Vteri exulceratio, abſceſſus & cancer 203
Vteri mola 206
Vuæ laxatæ attollendæ ratio 91
Vulſella 92
Vuluæ inflãmatio 202
Vuluæ procidentia.198. 199.
Vuluæ ſciſſuræ.201. ſiue cancer 202.203
Vuluæ ſtrãgulatio. 204

X

Xylocaractæ 113 164.

Z

Zulapon 157.

FINIS.

©BIU Santé

## IODOCVS VELSIVS Hagienſis.

*Noſtros docta iuuant, placuerunt Barbara quondam,*
*Hoc Arabum dictat puluerulenta cohors.*
*Inter quos topici Rhazes medicaminis autor,*
*Emicat, excellens utilitate ſua.*
*Sed malè quod uerſus, patria cum gente legatur,*
*Diſplicet, at poſthac gratior extiterit.*
*Quod tibi VVeſali merito tribuiſſe queamus,*
*Laus te certa manet, tu modo perge, ſequor.*

©BIU Santé

# PARAPHRASIS IN NONVM LIBRVM RHAZAE [illegible] dici Arabis [illegible] ad regem Almanso- rem, de affectuum singularum corporis partium [illegible] Andrea Vesalio [illegible]

Cap. I.

[illegible]

©BIU Santé

©BIU Santé



# PARAPHRASIS IN NONVM LIBRVM RHAZAE MEdici Arabis clariſſ. ad regem Almanſorem, de affectuum ſingularum corporis partium curatione, Andrea Vueſalio Bruxellenſi autore.

## ¶ De capitis dolore. Caput I.

QVando capitis ardori eiuſdē tenſio & grauitas, oculorumq́ ac faciei rubor adfuerint, & reliquū corpus tactu calidū, pulſusq́ magnus præcipue in tēporibus ſentiatur, humeralis uena partis dolentis, aut eius quā potiſſimum dolor exercet, ſupra cubitū ſecanda eſt. Deinde aqua roſacea unà cū aceto ac oleo roſaceo ſumenda, quæ *Ex ſanguine.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 25 sur 255

©BIU Santé


*[V]t plurimū [a]d reliqua [q]uartā ace[t]i partem ac[c]ipimus.* ſimul tamdiu, donec debitam craſſitiem recipiant, agitata, ac niue aut fonte refrigerata, capiti ab alto ſunt infundēda. Aeger autem à carnium eſu, uino reliquisq; ſanguinē augentibus arcebitur, ac lentes cum poſca & croco decoctas, aut lenticulam ſolam aqua incoctam, & olera frigida, elixa uel cruda, & infrigidantes fructus edet. Aluum porro ex *[A]uerrois in[t]er medica[m]ina ueteri[b]us incogni[t]a numerat.* myrobalanis citrinis, prunis, * tamarindis, & ſaccaro albiſſimo ducere expedit. Verum ſi hæc nō ſuffecerint, altheæ ſemen aceto infuſum, donec iuſtam uiſcoſitatem obtineat, in mortario, piſtillo contundito, ac in emplaſtri formam linteo inductum capiti applicato. Quin etiam ex herbæ pulicaris ſemine aceto macerato, utiliter ad eundem modum cataplaſma capiti induces. Si iam com- *[N]obbilis co[p]iam.* prehenſis notis pulſus ueloces adſint, tactuq; ingens percipiatur calor, nullo tamen rubore facies aut oculi ſuffundantur, neque ulla notabili tenſione laborent, ſtatim inter initia uentrem medica-

minibus

©BIU Santé

minibus bilem flauam purgantibus ſoluere, deinde cõmemoratis localibus præſidijs uti, conſilium eſt. Verum præter hæc naribus oleum uiolarum, aut cucurbitæ domeſticæ, aut nymphææ, aut florũ ſalicum infundetur, & horum oleorum ſingula per ſe niue refrigerata, ab alto capiti inſtillabuntur, & æger paulo ante cõmemorata uictus ratione cibabitur. Odorabit uero camphoram, aquã roſaceam, ſalices, uiolas, & quæ his refrigerandi facultate reſpondent. Quod ſi poſt horũ uſum morbus plurimũ inualuerit, increueritq́, ſumito opij & camphoræ ſingulorum pondus duorum granorum hordei, ac oleo ioſmini diſſoluta auribus & naribus modice tepentia immittito.

*Nõnulli negant, ſuperius comprehenſa medicamina bilem ducere.*

Porro ſi graui capitis dolore nihil eorum, quæ de ruboris ſuffuſione dixi in facie aut oculis conſpiciatur, morbusq́ in uetuſtatem protractus fuerit, inter initia leuioribus purgantibus auxilijs tentatis, uenter catapotijs coccijs, à grani (quod Græci κόκκον appellant) magnitudine ſic

*Ex pituita.*

©BIU Santé



uocatis, ducendus eſt. Quorum compoſitionem ipſe in hunc modum inſtitui. Pulueris picræ drachmæ decem, cucurbitę ſylueſtris drachmæ tres cum ſcrupulo, ſcammonij drachmæ duæ cum ſemiſſe: *turbit, ſtichados, ſingulorum drachmæ quinq;: rediguntur hæc in catapotia, quæ decem diſtinctis uicibus in robuſtiſſimis corporibus porriguntur, cæteris autem pro uirium ratione. § Quoniam autem præſens cõpoſitio, propoſiti Noni libri commentatoribus ſuſpecta eſt, exiſtimãtibus interpretem loco duorum ſcrupulorum cum ſemiſſe ſcammonij, uertiſſe drachmas duas & ſemiſſem, huic loco Galeni cõpoſitionem catapotiorum ex aloe, interſcribendã putaui. Habet autem ea, Libro primo ſecundũ locos, in hunc modum: Cucurbitæ ſylueſtris pars una, aloes & ſcammonij, ſingulorum duæ. His ego (ſcribit Galenus) abſinthij ſucci partẽ unam admiſceo, antea uero maſtichen quoq; Chiam & bdellium indidi. Sic etiã Quintus utebatur. Galenus & Alexander co-

*Noſtrũ eſt . tithymali ſpecies.*

*Quid ſi de- ... m nume- ... o catapo- ... a Rhazes ... xhibenda ... oluiſſet?*

*... ia tamen ... eſues & ... icolai.*

©BIU Santé



der cotoneorũ ſucco hæc excipiunt, Paulus aqua, Oribaſius braſſicæ ſucco. Ac quia huiuſcemodi catapotia inſtar grani ciceris finguntur, à multis coccia quoq; appellata ſunt. Dantur Galeno & Paulo numero undecim, Alexandro quindecim. § Poſt deiectam autem aluum, capiti oleum ioſminum & balaninum infundenda, eadem auribus quoq; & naribus immittenda ſunt. Ad hæc ægro odoris gratia, confectio *galliæ moſchatæ appellata, naribus obijcienda, & moſchi pauxillulum nariũ foraminibus inſpirandũ eſt. Cæterum ſi malum multum incrudeſcat, moleſtetq;, ſumito euphorbij & caſtorei utriuſque ſeſquiobolum, & in olei ioſmini momento ſolutum, naribus & auribus inſtillato. In uehemẽti capitis dolore, qui cũ æſtu eſt, emplaſtrũ infrà ſcriptum, fronti & temporibus utiliter applicabis. Emplaſtrum ad ingentem capitis feruidum cruciatum: Accipito lactucarũ ſemen, glaucij præparati ſuccum, *lignũ quod ſandalum appellamus, & rubrum & albũ,

*Paſtilli ſunt, ex oriente, ad nos aduecti. arabicè algaliã.

*Veteribus incognitũ.

©BIU Santé

& album, nucem Indicam, roſas, ſingula æquis portionibus, opij momentum: his aceto & roſarum aqua conſperſis ac maceratis, informato emplaſtrum, & fronti ſuperinducito, deinceps illi conduplicatam faſciam, aceto & roſacea aqua imbutam, ſuperponito, eaq; tepefacta rurſus aliam, huiuſcemodi refrigerãti liquori intinctam illigato. Linimentum diſcutiens & digerens, ad dolorem qui cum frigore eſt, efficax. Caſtorei, euphorbij, piperis, ſinapis, ſtyracis, rutæ, marubij, ſingulorum pares modi: hæc exiccata, & in puluerem ſubacta, & per cribrum ſecreta commiſceto, atq; illis uino ueteri conſperſis informato paſtillos ad ſolem exiccandos: ac quando uſus poſtulauerit, uno illorum uino ueteri, aut oleo coſtino chamæmelinoúe detrito, frontẽ & tempora idẽtidẽ illinito. Vel unũ in minori liquoris portione diſſolue, ac inſtar emplaſtri fronti ſubinde inducito. Hoc enim linimentũ, ſeu emplaſtrũ, omni uetuſto capitis dolori eſt ꝙ accõmodatiſſimũ, nõ modo fronti

©BIU Santé

do fronti ac temporibus admotum, ſed in aurem quoque inditum, præſertim ſi in aliquo iam comprehenſorum oleorũ diſſolutus paſtillus fuerit. Aegrotanti uero uinum uetus, circa mali declinationem, non tamen affatim, præbeto. Cæterum quando ingens capitis dolor, ſeptimanã totam perdurans, hominem affligit, in laconicum primam balnei domũ, aut balnea aquarum medicamentoſarum, exiccandi ui præditarum, æger deducendus eſt, ac capiti infundenda aqua, in qua chamæmelum, & ſampſuchus, & ſtichas Arabica ſeu Gallica, & ſerpillum, ſimul omnia, aut ſingula per ſe ebulierint.

*Hæc ad dolorem ex [...] tuita faciũ[...]*

Porro ſi caput indies ante cibũ indoluerit, ac poſt ingeſtos cibos cõualuerit, laboranti ante tempus quo corripi cõſueuit, ſuccurrendum eſt, exhibendo panis offulas, ſucco mali punici, aut immaturę uuæ, aut alijs uirtute in refrigerando & aſtringendo his paribus, immerſas.

*Ob uentric[...] li uitium.*

Si dolor capitis ob diutinam in ſole moram, concitatus fuerit, huic facile

*Ex inſolati[...]*

BIU Santé



aceto & roſaceo bene refrigeratis, ſubue-
nire poteris. At ſi dolor his nõ remittitur,
aliȷs intenſius refrigerantibus, ut polygo
niȷ ac plãtaginis ſuccis aceto dilutis, pro-
pellendus eſt. Quod ſi præterea ingens
capitis dolor perſeuerat, ac intenditur,
*In fine. 13. Methodi, et apud Paulũ li. 6. ca. 4. & 5.* neq; ullis præſidiȷs cedit, ſitq; metus, ęgrũ
uiſu priuatum iri, ob fluxum humorũ in
oculos: arteriæ, quæ per tẽpora repunt,
opportune ut ſanguinis quantum ſatis
eſt fundant, inciduntur, ac manuali arte
quicquid illarum denudatum eſt, laqueis
interceptum aufertur. Verum poſtremũ
illud præter præſentis libri inſtitutũ, hoc
in loco tractatur.

## ¶De uertigine, quam Græci σκότωμα uocant. Caput II.

*A ſanguinis copia.* CVm alicui ea quæ foris ſunt, in gy-
rum circumagi uidentur, & oculi te
nebris obruuntur, & cõcidere æger uult:
quumq; eodem tempore, quo ſcilicet ma
lo ægrotus tenetur, facies & oculi rubore
ſuffuſi ſunt, ac uenæ poſt aures reptantes
ſangui-

©BIU Santé

ſanguine turgidæ cernuntur, * eas tum incidere, cucurbitulasq́ collo et tibijs agglutinare expedit. Cæterum ſi hæ uenæ inconſpicuę lateant, facieſq́ rubore ſuffundatur, ex axillari ſanguis minuendus, & cucurbitulæ tibijs affigendæ ſunt. In utriſq; autem his uertiginis ſpeciebus iã commemoratis, ad repellendum humorum affluxum, capiti roſaceum cum aceto eſt infundendum. Ventrem uero myrobalanorum citrinarum decocto, ſuperius ad capitis dolorem deſcripto, deijcere utile eſt. Cibos quidem calidos, & ſanguinis copiam augentes, ægrotus auerſabitur, ac aridis & refrigerantibus enutrietur. Porro quum neque faciei oculorumq́ rubor, neq; febris, uertiginoſis adſunt, perpendendũ eſt, an ne oris uentriculi euerſio, an nauſea hominem infeſtet. Quæ ſi ægrotanti affuerint, primum uomitum leniter iritato, deinde quantitatem coccijs catapotijs præcedenti Capite inſcriptam præbeto, & à frigidioribus ac pituitam coaceruantibus cibis ægrotan-

** Galenus & Paulus arterias interſecant.*

*Variat hic Arculani exemplar ab alijs.*

*Ob ſtomachi uitium.*

BIU Santé



*Ex propria cerebri pituita.*

tem arceto. Verum ſi neq; oris uentriculi ſubuerſio, neq; cibi faſtidium adſint, nullæq; caloris notæ appareant, aluum ſubinde catapotijs coccijs ſoluito. Cibos ad hæc frigidos omnino ægrum auerſari iubeto: & gargarizationem, quæ eliciendæ pituitæ ſit, præparato. Naribus item portionem aliquam inſcribendorum ad attonitum morbum, ut ſtruthij puluerẽ, inſpirato, quo caput & calefacias, & ſternutationes irites. Nec inutiliter quoque ad eundum uſum, caput excalefacientibus unctionibus inunges.

## ¶ De phrenitide. Cap. III.

**Paulus & Alex. acuta habent.*

QVando febris * continens homotonos ægrum inuadit, unà cum uehementi capitis & oculorum grauitate: præterea ſi multus rubor faciei & oculorum, & dolor diſtendens capitis, & horror quidam lucis, pulſusq; ſolito uelocior ac frequentior adfuerint, phrenitidis incipientis certiſſima indicia adeſſe iudicabũtur. Si autem ad hæc lingua aſpera & nigra,

uel ſub-

©BIU Santé



uel ſubflaua fiat, perturbeturq́ adeò intellectus, ut æger mente alienetur & deliret, multisq́ uigilijs excrucietur, phrenitis perfecta putabitur. Aegro itaq; priuſq́ enarrata illa ſymptomata omnia concurrant, uenæ ſectione, ac uentris ſolutione, ex * fructuum uidelicet mirobalanorum, tamarindorum & prunorum ſucco, ſuccurrendum eſt. Alimentum autem eius ſit aqua cum hordeo elixa, eaq́ ſemel aut bis in die propinata, pro conſuetudine quam dum ſanus eſſet habuit. Capiti quidem acetum cũ roſaceo ab alto, ad compeſcendum humorum impetum, infundatur. Cæterum ſi ægrotantem crebræ uigiliæ urgent, ſumito uiolarum exiccatarum, corticum papaueris albi, hordei corticibus liberi, ſeminis lactucarum, radicum mandragoræ, ſingulorum tantum quantum manu una apprehendere potes. hæc ſimul in ænea olla, quam aqua impleueris, tantiſper dum aqua rubeſcat decoquito. Deinde aquam iam tepidam capiti

*Vt plurimũ ex ſanguine in tenui meninge.*

**Medicamẽ ad uentris ſolutionem, in dolore capitis ex ſanguine, intelligit.*

©BIU Santé

capiti inſtillato: & ſit caput ad peluim, in quam aqua recipiatur, inclinatum. Item deinceps huiuſcemodi decoctũ, in æneo uaſe ad ignem modice recalefactũ, capiti ſuperfundito. Hoc ſanè ſingulis diebus crebro factum, magnum ſubſidium refrigerando, ac affluentem humorem reprimendo, ægro adfert. Caput pręterea oleo uiolaceo muliebri lacte contemperato, irrigandum: quo etiam lana mollis imbuta, capiti applicanda eſt.

*Ratio mittendi ſanguinis.*

Porro ſi ægri uires inter morbi initia ualidæ conſtanteſq; eſſe conſpiciantur, ſanguis protinus ex humerali uena ſupra cubitum mitti debet, & is copioſior. At ſi manum deſipiens non porrigat, metusq́; ſit ſecundũ uacuationem, ſanguinis profluuij, dum manũ æger ſubinde ob mentis turbationem iactitet, recta in fronte uena diuiſa, una uice quod ſatis eſt auferemus. Si uero uires languidæ diſſolutæq; ſint, aliam curandi rationem, qua morbũ depellamus, aggrediemur. Sic q̃q; remittēte malo, à uenæ ſectione tēperabimus.

De apo-

©BIU Santé



## ¶ De apoplexia. Cap. IIII.

SI aliquis ueluti ſopore oppreſſus decũbit, & ſine ſomno naturali ſtertit, cũq; pungitur non ſentit, certum eſt eum apoplexia teneri. Eſt ſanè huius morbi magnitudo æſtimanda, ſecundum quod fortiter aut debiliter ſtertit & reſpirat æger. Quum itaq; illi ob ſummam ſpirandi difficultatem, ſpuma ab ore prorumpit, nullis remedijs ipſi ſubueniri poteſt. Verum ſi leniter ſtertit, & liberius æger reſpirat, morbus lenior mitiorq; exiſtit. Præſens quidem affectus aut mox oppreſſum ſuffocationis modo iugulat perimitq;, aut noxio humore è cerebro in neruos delapſo, in illorũ reſolutionem deſinit. Quocirca his ſymptomatibus ægrotantem affligentibus, conſiderandum eſt, an ægri facies multũ aut cruenta, aut liuida, aut ſubuiridis fieri incipiat: uti euenire ſolet, ſanguine in membro aliquo uinculis, aut quauis conſtrictione retento. Siquidem tunc ſanguinem ilico ex duabus uenis iugularibus, aut duabus humeralibus inciſis, minuere opportunum eſt. Porro

*Rara fit, ſecundum.10. Aphor. 6. parte, creticaexpulſio. A ſanguinis copia.*

©BIU Santé



*A pituitoſo humore.*

Porro ſi ad hunc modum res ſe non habeat, ſed dum æger aërem inſpirat, auditur in thoracis & aſperæ arteriæ capacitate aëris ſonitus & murmur, ſicq; his pituitã indicantia ſigna adſunt, hic clyſter utiliter ei infundetur. Accipit aũt, cucurbitæ ſylueſtris, cyclaminis, cẽtaurij minoris, alterius cyclaminis ſpeciei, hellebori albi, ſingulorũ tm̃ quantũ manu una cõprehendere potes: omnia ſimul tribus libris aquæ, ad duarum conſumptionem decoquuntur, deinde per colum trasfunduntur: atq; ex huius decocti ſemilibra, clyſter in anum inditur. Qui ſi cito ab ano elabitur, rurſus repetitur, ac donec humorum copia unà cum clyſtere deijciatur, infunditur. Naribus adhæc ſtruthium & ueratrum album detritum, leni ſpiritu crebrius inſpiretur. Eſt præterea ore per uim aperto conandum, ut anacardinam confectionem cum mulſa, per os ad uentriculum ſubinde ægrum deglutire procuremus: atq; eius negotij ſingulis diebus ſollicitudo habenda eſt. Præ-

*Acris infuſio, ac ſanguinem aliquando educens.*

ſentis

©BIU Santé



ſentis autem medicamenti pondus erit, ſeſquidrachma potui oblata. Eius uero deſcriptio, Capite de neruorũ reſolutiõe habetur. Frixorium quoque ferreum candens, capiti identidem tam prope admouendum, ut capilli etiam ægroti aduri uideantur. Cæterum ſi his rationibus affectus non diſcutitur, in medicando maiorem operam nauabimus. Et enim caput rademus, & ſinapi & caſtoreo in aceto acerrimo detritis oblinemus. In priori quidem propoſiti affectus ſpecie, poſt detractum ſanguinem fortiter brachia intercipere iuuat, inijciendo ſcilicet uincula brachiorum parti, qua cum ſcoptulis illis articulatio eſt. ſimiliter quoque tibiarum partes graciliores uinciri ex uſu eſt. Quinetiam ad reprimendum ſanguinis affluxum, qui huius affectus autor eſſe conſueuit, caput roſaceo oleo, & aceto ex uino præparato, perfundere præſtat. Si itaque apoplexia detentus, corpore plethorio conſpiciatur, morbusq́ non adeò uehemens exiſtat,

*Aliqui ignita galea ad id utuntur.*

©BIU Santé



primum ad ſanguinis reuulſionem pedis uenam, deinde deriuādi gratia, eam quæ in narium extremo apparet, incidemus.

## ¶ De ſopore. Cap. V.

Ex cerebri pituita.

SI quis cum profunda animi in ſomnū delatione iacet, & tamen ſi urgeatur ſentit & mouetur, uerum oculos ſemper occluſos habet, at quos ſi altius illi inclametur, aperit, atq; ilico ſopore oppreſſus occludit, is ſopore laborat. Quem affectū clyſteribus acribus, ſuprà Capite de apoplexia deſcriptis, curare profuerit. Ori quoq; laborantis mulſa infundenda, quā ut per fauces dimittat, ſolicitare oportet. ſiquidem ea ægro alimenti loco præbetur. Caput ad hæc tribus primis diebus, aceto cum roſaceo irrigabitur. Verum poſt tertium diem ſternutationes, ſtruthij & ueratri albi puluere inſpirato irritabimus. Caput quoq; non inutiliter rademus, & ſinapi cum aceto & caſtoreo perfricabimus.

Hæc lethargo omnia cōferunt, & ad hæc Græci uenam ſecant.

De con-

©BIU Santé



*De congelatis, quibus ſemper oculi inconniuentes manent.* Cap. VI.

COngelatum ac rigidum merito aliquem iudicabimus, quum quaſi in ſomnum ſolutus decumbit, nec ab aſsidẽtibus incitatus mouetur, nec etiã punctus ſentit: & licet oculi patent, cilia tamen eius immota ac rigida permanent. Subueniendum quidem huic malo medicamentis ſopore dicatis. At præter illa, oleum ioſminum capiti infundatur, in cuius ſingulis libris, uncia euphorbij adiecta ſit. Præterea caput ipſum ex caſtoreo & euphorbio in oleo ioſmini læuigatis, illinatur.

*Ob refrigeratũ corporis habitũ.*

*Cõferũt quidẽ æque calida, ſed nõ æque ſicca.*

*De neruorum reſolutione, quæ παράλυσις dicitur.* Cap. VII.

QVum aliquis ad motum omnino impotens eſt, ita ut unum aut plures artus commouere minime queat: ſiq; unà ipſorum ſenſus abolitus fuerit, illũ reſolutiõe unius pluriumúe artuum tentari pronunciamus. Huius quidem mali curationem, catapotiorum fœtidorum

*A pituita, animalis facultatis ductus occupante.*

©BIU Santé



à me compoſitorum oblatione, auſpicabimur. Ea accipiũt, pulueris hierę picræ drachmas decem, ſylueſtris cucurbitæ carnis interioris drachmas quinque, euphorbij drachmas duas cum ſemiſſe, caſtorei, piperis, ſucci Cyrenaici, ſagapeni, opopanacis, * thapſiæ Indicæ, ſinapis, ſingulorum drachmam unam: centaurij minoris, ſucci cucumeris agreſtis, utriuſq; drachmas quinq;. gummi rutæ ſucco diluuntur, quibus alia excepta in catapotia digeruntur, † quæ decem doſibus exhibenda ſunt. Quorum una portione deuorata, * triduum à medicaminum uſu æger conquieſcet, ac eo tempore cicerum decocto, & oleo, et ſinapi enutrietur. Poſtea alteram doſim aſſumat. huic ubi tertia ſucceſſerit, aliquãtulo tẽporis interuallo ad uires recolligendas, à medicamentorum uſu æger rurſus abſtineat. Cibi conueniunt ſpeciebus calidis, & incidentibus ſeminibus cõditi ac præparati: cuius notæ eſt piper, & huic caliditate paria, & caro minutim cõciſa, & in

* *Seitaragi Mar. interpret. lepidion.*

† *Fortaſſe legẽdũ, quorum decem una doſi exhibẽda ſũt.*

* *Aliq tres hebdomadas ſribi uolunt.*

©BIU Santé



& in frixorio frixa: uel alioqui alij ad cõcoctionem expediti, & non recrementitij. Potus autem mulſa ſit. Iam membra quoq; reſoluta, oleo coſtino utiliter inunguntur, quod recipit, coſti unciã unam, piperis, pyrethri, euphorbij, ſingulorum tertiam unius unciæ partem, caſtorei ſemunciam, omnia in ſemilibra † olei uiolæ luteæ, quæ antiquis parietibus increſcit, aut olei narciſsi læuigãtur: atque ita membris deficiẽtibus inuncta, multum iuuant. Porrò diebus ſingulis, quibus à catapotiorum ſuprà deſcriptorum uſu æger liber eſt, exhibendæ ſunt drachmæ duæ ſubſequẽtis confectionis: quam ab anacardi cuiuſdã arboris Indicæ fructu, anacardinã appellant. Zingiberis, pyrethri, nigellæ, piperis nigri, piperis longi, ſeminis petroſelini Macedonici, ſingulorum drachmæ uiginti: myrrhæ, rutæ ſiccæ, liquoris Cyrenaici, ariſtolochiæ, baccarum lauri, caſtorei, thapſiæ Indicæ, ſinapis, gentianæ, ſingulorum drachmæ quinq;: anacardorum ſucci, qui ob ſimi-

† *Al. cherua. i. ricini fruticis.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 43 sur 255

©BIU Santé



lem melli conſiſtentiam, mel anacardinũ dicitur, drachmas quinq;. irrorentur omnia oleo nucum, & melle decocto ac deſpumato excipiãtur. Medicamẽ hoc neruorum reſolutioni, apoplexiæ, oris contorſioni, tremori, alphis tum albis, tum nigris, ſcorpionum ictibus, cõuulſioni, quæ humiditati fertur accepta: & in ſumma, omnib. frigidis affectibus, quàm maxime accommodum cẽſetur. Siquidem hoc medicamẽtum deuoratum ſudores elicit, febrimq; ſua mirifica calefaciendi potentia ægro conciliat. Verum ſi forte propinatum, ægrotantẽ ſanitati non reſtituerit, ab omni medicamine ipſum decem dies abſtinere, ex uſu erit: interim tamen uictus ratione (quæ cum ſtudio adhiberi debet) exacte inſtituta. Deĩde rurſus uiribus recollectis, ad mali curationem præſcripta ratione properabimus.

*Ab externa cauſa.*

§ Cæterum ſi reſolutio ex plaga, aut caſu ab alto, aut incidente quopiam corpore, ſubito facta ſit, omni curationis ſpe adempta, affectus (utpote neruo, aut muſculo,

©BIU Santé


ſculo, aut tendone per trāſuerſum diſru-pto) incurabilis permanebit. Si uero nō ſubito malum ex his cauſis excitatū ſit, ſed proceſſu temporis paulatim & pedetentim augeatur, tum loco læſo emplaſtrum hoc adhibeatur, quod recipit, farinam fœnogræci, glandem unguentariā, nucleos ceraſorum ſylueſtriū, & domeſticorum, ſemē ricini fruticis, bdellium, ammoniacū, adipem anatis, ceram, oleū lilij. hæc ſimul contuſa & cōmiſta, in formam emplaſtri, quod læſæ parti inducitur, rediguntur.

*Ex humoris ob confuſionē influxu.*

*Hoc in principio inutile, ſed ceſſante fluxu præſtātiſſimum eſt.*

De ſtupore ac tremore. Cap. VIII.

SI quis aliquod ſuorum membrorum ita affectum ſentit, ut ſæpe pedes noſtri afficiūtur, dum obſtupeſcunt, membrū hoc ſtupore implicitū affirmamus. Quoniā aūt diſpoſitio hæc ſi lōgius prorogatur, in reſolutionē ob cauſarū uicinitatē trāſit, eius curā haud differemus. Quocirca quoq; huius mali remedia nōnullam cum neruorum reſolutione dicatis præſidijs affinitatem ſortiūtur. Nam

*Stupor, à frigido ſucco.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 45 sur 255

©BIU Santé


ſi recens affectus fuerit, ac præter frigidã intemperiem duntaxat modicum humorem pituitoſum admixtũ habuerit, ſola ad huiuſcemodi affectum idonea uictus ratiõe, oleiq; coſtini inunctione, illi ſubueniri poterit. Verum ſi inueterauerit, maiorq; morbus ob pituitoſi ſucci copiã extiterit, præter hæc æger catapotijs fœtidis purgabitur, eiusq; intemperies anacardini confectionis uſu, & ratione uictus calidiore & ſicciore, ad temperiem reducetur. Cæterum tremori eiſdem præſidijs, quibus ſtupori ſuccurris, ſubueniendum eſt. At ſi ex liberaliori uini uſu obortus tremor ſit, æger ſibi à uino temperabit. Similiter ſi ex aquæ è niue ſolutę potu, in hunc affectum æger inciderit, ab ea quoq; abſtinebit, ac in laconicum primam balnei domum ualde calefactã, quouſq; ſudor copioſus erumpat, properabit, aut balneis aquarum naturalium opportune utetur, atq; crebro in ſole utiliter apricabitur.

*Tremor ab eadẽ cauſa, ſed minori.*

*De oris diſtortione.* Cap. IX.

Oris

©BIU Santé


ORis conuulſione aliquẽ affligi cenſemus, ſi quando illi os ad alterum latus contorquetur, & oculum ad quem illud conuellitur, occludere nequit: prçterea ſi expirare iuſſus, flatus ab altera tã tum parte prorũpat, effleturq́. Curationem uero eius, alui deiectione per catapotiorum fœtidorum propinationẽ aggrediemur, & cibum ægrotanti, & potũ incidẽtem, ac calefaciẽtem, ut Capite de neruorum reſolutione perſecuti ſumus, inſtituemus. Item indies mane priuſquã cibũ æger capiat, ex ſinapi & ſyrupo acetoſo gargarizatione porrigemus. Et in tenebroſam domũ deducto ęgro, iubebimus, ut nucem myriſticam parte ea qua affectus eſt, ore retineat. Naribus etiam ad iritandas ſternutationes, ſtruthiũ detritum inſpirabimus. Præterea oleo coſtino ægri ceruicis uertebras, & faciem, & frontem perungemus. Adhæc ſingulis diebus anacardini cõfectionis ſeſquidrachmam, non inutiliter ęger aſſumet. Quod ſi his remedijs affectus non cedit,

*Ob pituitæ infarcionẽ.*

*Vtuntur hodie ad mouẽdas ſternutationes helleboro confuſo.* i. albi cõditum legere est.

©BIU Santé


uentris ſolutionem, ac plane eandẽ cum iam comprehenſa curationem repetemus. De ea porrò oris cõuulſione, quæ nõ ſubito, ſed paulatim oritur, haud quaquam mihi ſermo eſt: ſiquidem huiuſcemodi, non niſi in pernicioſa phrenitide, alijsq́ morbis acutis, morte iam imminẽte, inuadit ægrotantem, atq; tunc ea conuulſio ex ſiccitate originem ducit.

### *De conuulſione, quàm σπασμὸν Græci uocant.* Cap. X.

CVm cuipiam particula aliqua contracta ad ſuam cõuellitur originẽ, ſiue quum plures ex inſtrumentarijs partibus ita afficiũtur, conuulſas eas eſſe iudicamus. Conuulſio autẽ omnis, aut ſtatim, aut pedetentim apprehendit. Cõuulſioni quidẽ ſubito exoriẽti, eadem curandi ratio, quam reſolutioni ex uſu eſſe præcepimus, adaptãda eſt. Priuatim tamen in hac, partim pluribus manuum frictionibus, partim frequẽtiori olei coſtini inunctione utimur. Quæ uero non repente inuadit, ſed lente aridam æſtuantemq́ febrim,

*Ex repletione.*

*Ex uacuitate.*

©BIU Santé


febrim, aut largas deiectiones, aut copioſum uomitum, aut ingẽs ſanguinis profluuium, aliamúe magnam inanitionem aut ariditatẽ, ſubſequitur, mala eſt, atq; ad curandũ contumax conuulſio. Nihilominus qualiſcunq; ſit morbus, eius tamen curã aggrediemur, ac ægro hordei decoctum, & iuſcula pinguia, emollientiaq;, & frumẽtaceas ſorbitiunculas administrabimus. Ac deinceps in aquæ tepentis ſolium, ægrotantem deducemus, & egelido oleo uiolaceo, & oleo ex ſemine cucurbitę domeſticæ, neruorum maxime exortus cõuulſiõe implicitos, inungemus. Præterea ut ſolio diutius immoretur, oleoq; uiolaceo illinatur, hortabimur, & uinum modicũ perquàm aquoſum potui porrigemus, cibiſq; humidioribus ægrotantem enutriemus.

## De morbo comitiali, ἐπιληψία dicto. Cap. XI.

MOrbo ſacro comitialiúe quempiã detentum teſtamur, quum in terram ſubito concidit, ac quaſi concuſſus conuellitur, ſed ita ut principis animæ facultatis

*Ob obſtructionẽ, impeditẽ ſpiritus animalis tranſitũ.*

 cultatis

BIU Santé


cultatis noxa concomitetur. Quod ſi cũ his indicijs oris ſpuma, peculiaris admodum huius mali nota, apparet, aut urina & ſtercus præter uoluntatem excernuntur, aut genitura profluit, diſpoſitio deterior uehementiorq́; exiſtimatur. Porrò ſi æger priuſquã malo corripiatur, præſentit quaſi auram ſeu ſpiritum ex particula quapiã ſurſum ferri, ac caput petere, unde poſtea ſyncopi corripitur & concidit: neceſſum erit, ſimulatq; aurã hanc ſubnaſci ſentiat, antequã in terrã collapſus cõuellatur, ut eam partem à qua aura effertur, ſuperius fortiter uinculis intercipiat ac conſtringat. ſiquidem eo pacto inſtantem acceſsionem propellet, aut ſaltem mitiorem ac minus uehementẽ efficiet. Intermedio quidẽ tẽpore, quo acceſſionib. æger uacat, purgatiõe ex catapotijs * coccijs ſolicitãdus eſt: & pars cõtagionẽ impartiens, ſinapi, pipere, euphorbio in melle anacardino ſimul læuigatis inungenda, tantiſper dum ueſiculæ oboriantur, & tenui ſanie plenæ crepent, ac liquor

*Per conſortiũ alicuius particulæ.*

** His alia pro humorũ uarietate, ab autoribus miſcẽtur.*

©BIU Santé


liquor in illis collectus profluat. Nec cicatrice obducantur, donec quicquid in illis coaceruatũ ſit, promaneat, nam hæc huius affectus certiſsima curatio eſt. Poſtremo etiã cucurbitulæ cum modica cutis inciſione, parti conſortij lege affectũ inferenti, affigantur. Si autem æger priuſquã morbus eum inuadat, nauſeã, uel uentriculi eroſionẽ, palpitationemq́ue patiatur, & dein acceſsio ſubſequatur, ſępe uomitum porrectis his, quæ uomitibus ciendis ſunt idonea, iritabimus: quo facto, ut medicamen amarũ in potu frequenter ſumat, hortabimur. Ventriculo quoq; emplaſtrum ex ſpica, roſis rubris, maſtiche & thuris cortice, uino odorato ſubactis, imponẽdum. Vniuerſa autem uictus ratio, ægro talis præſcribi debet, quæ ſit quàmminime excremẽtitia, qualis eſt tum caro in frixorio frixa, & * profundioribus uaſis incocta: tum auis palatũ dentatũ habens, Arabibus * taguid appellata, tum aliarum auiũ in collibus degentium, & hœdorũ caro. Porrò ſi ægro

*Ex uetricu li uitio.*

*Poßimus aliquãdo oleum maſtichis, aut cotoneorũ addere.*

* *Manar. uitratis habet.*

* *Pli. li. 10. c. 44. Diomedeas huius generis aues uocare uidetur.*

©BIU Santé


*Ex cerebri pituita.* ægro ſenſuum obfuſcatio, motricisq; facultatis imbecillitas ac torpor ſuperuenerint, nullaq; cõmemorata in alijs huius affectus ſpeciebus indicia adfuerint, laborãti catapotia coccia ſubinde ſunt offerenda. Et cibos quoq; incidẽtes ac extenuãtes, è quorũ numero antè dicti ſunt, præbere competit. Gargarizatio ad hęc, ut & ſternutationes antea compræhẽſis iritatæ, (eliciendæ pituitæ gratia,) haud parum conferunt. Proinde naribus pæoniæ radicis puluis, atomorũ inſtar contuſus, utiliter inſpirabitur. *Ex ſanguinis copia.* Cæterũ ſi ęger comitiali morbo affectus, faciem & oculos rubẽtes, uenasq; tumidas habeat, ſanguinis ex uena malleolũ interiorem perreptante extractio, ſtrenue ei ob remiſſionem auxiliatur. Quinetiã ex ſuris, appoſitis cucurbitulis, ſanguis non inutiliter uacuabitur, & caput opportune oleo roſaceo cũ aceto irrigabit. A uino uero, cepis, allio, ſinapi, porris, apio, fabis, † cannabi, & breuiter ab his quæ caput uaporem emittendo grauant ac implent, ęger arcebitur.

*† Alias cannabit, hoc eſt, braßica capitata.*

©BIU Santé

arcebitur. Electuarium ad omnem morbum comitialẽ efficax. Pyrethri, ſeſelis, ſtichados, ſingulorũ drachmæ decem, agarici drachmæ quinq;, cardamomi recentis & acuti acriorisq́;, * liquoris Cyrenaici præſtantiſsimi, ariſtolochiæ rotundæ, ſingulorũ ſeſquidrachma, exprimito ex ſcilla ſuccum, ac eum æquali mellis portione cõmixtum decoquito: illoq; ſimplicibus medicamentis exceptis, formato electuariũ. Huius, nucis auellanæ inſtar, cum liquore quopiam medicamentorũ uim ad caput dirigente, indies æger mane, & tribus horis poſt frugalẽ cœnam, aſſumet, & à craſsioribus cibis interim abſtinebit. Electuarium hoc, ſeu antidotus, omnib. morbi comitialis differẽtijs probe auxiliatur: ſi modo unam à Galeno deſcriptã excipias, quæ ſcilicet ex ſanguine ducit originẽ, cuius & nos quoq; iam ſupra meminimus. Huic ſanè affectui ſanguinis primũ ex uena interiorem maleolũ perreptante, deinde ex axillari aut humerali miſsionem, præſentaneum

*Hodie officinæ aſſam fœtidã uocant.

©BIU Santé


neum remediũ adferre ſæpe uidimus. Victus autem ratio hoc malo implicito, inſtituenda eſt ex his, quæ ſanguinem minuunt atq; refrigerant. Quocirca carne, uino, reliquisq; dulcibus abſtinendum, & acidorum fructuũ ſuccus ad debitam craſsitudinem decoctus, loco potus porrigendus eſt. Item capiti quoq;, ea quę refrigerandi uim poſsident, quæq; ſanguinis impetum reprimunt, non inutiliter ſuperaccõmodabuntur.

## *De incubone, qui* ἐφιάλτης *Græce dicitur.* Cap. XII.

*Ab organorum facultatis animalis modica obſtructione.*

CVm quis in ſomno ponderoſum quiddam ſibi incumbere imaginatur, & uox eius ſupprimitur, aut incerta indiſcretaq; editur, incubone correptus dicitur. Cui malo mox per initia ſuccurrendũ eſt. Nam ſi diutius ſe prorogauerit, crebroq; eos per noctem oppreſſerit, grauius aliquod nunciatur malũ, ut apoplexia, inſania, & morbus comitialis. Quæ enim comitiales interdiu, eadem ephialtici dormientes noctu patiuntur.

Proinde

©BIU Santé


Proinde ſi ſanguineo colore, uenisq́ turgidis æger fuerit, ex malleoli uena ſanguinem detrahemus, ac ſuræ cucurbitulas cum cutis inciſiõe ad ſanguinis reuulſionem agglutinabimus. Præterea laborantem à uini potu, & dulcium ciborum eſu (in primis ab his quæ copioſum ſanguinem gignũt) dehortari commodum erit. Si notæ cõtrariæ pituitam indicantes adfuerint, aluũ catapotijs coccijs ducere, & ægro uictus rationem extenuantem, ac incidẽtẽ inſtituere, utile erit. Exercitia quoq́, & inferiorũ partium frictiones, haud paruum momentum ad huius morbi depulſionem adferunt. *Ex ſanguine.* *A pituitæ copia.*

*De melancholia.* *Cap.* XIII.

SI alienæ cogitationes ac æſtimationes abſq́ euidenti cauſa, aliquẽ occupauerint, & inter cætera animi pathemata, metus, mœſtitia, odiumq́ hominum præualuerint, illi melãcholiæ initiũ adeſſe aſſerimus. Cæterũ quãdo malum uſq́ adeò inualuerit, ut quæ animo concipit, proloquatur, & ſermonẽ & operationes incon-

©BIU Santé


inconſtãtes interturbatosq́ ædat, melancholica quæ apparent ſigna, eam perfectam eſſe fatentur. Quẽ ſtaq; huiuſcemodi uanæ imaginationes, & metus, animiq́ anguſtiæ detinent, priuſquã increſcere augeſcereq́ cœperint, illi omnino ſubueniendũ eſt: quoniã ſi hæc ſymptomata excreuerint, difficilem, ac plane contumacem curationem admittent. Quapropter ſi melãcholiæ comites ſint uẽtris dolor & inflatio, ineptus ac uitiatus corporis color, praua concoctio, uomitus ructusq́ acidi, flatuoſorum ſpirituũ copia, & ſputorum multitudo, curationẽ à uenæ axillaris, aut eius quæ inter minimũ digitum & anularem ſiniſtræ manus repit inciſione auſpicabimur. Et ſi ſanguis effluens, ater craſſusq́ cernitur, multum ſanguinis: ſin autem tenuis & boni coloris conſpicitur, minimũ extrahendũ erit. Niſi forte craſsiorem mox fluxurũ ſuſpicemur. Laborãtem uero, his quæ aluum leniunt & humectant, ex quorũ genere iuſcula ex carne hœdorum, & iuniorum ueruecum

*Cura eius quæ per cõſortiũ fit.*

*Græci potius uenas in cubito ſecant.*

©BIU Santé


ueruecum confecta ſunt, nutriri compe-
tit. In balneũ quoq; dulcis aquæ (in quo
tamen non diu deſidebit) deducẽdus æ-
ger erit. Poſt hæc, ſubſequenti decocto
epithymi à me conſcripto, proſpere ute-
ris. Habet autem ſe in hunc modũ. My-
robalanorum Indicarũ drachmæ decẽ,
filiculæ (quam πολυπόδιον Græci uocãt)
drachmæ quinq;, ſenæ drachmę † nouẽ, † *Alibi octo.*
turbit drachmę quatuor, ſtichados drach
mæ decem, uuarum paſſarum ab acinis
mundatarũ tantundẽ, epithymi Creten-
ſis drachmæ decem, omnia excepto epi-
thymo in tribus libris aquæ, ad ſeſquili-
bræ conſumptionẽ, decoquito. his actis,
adijcito epithymũ, ac ſtatim ab igne de-
coctum amoueto, & tantiſper dum refri
geretur in eo epithymum madere ſinito,
& illis ſimul refrigeratis, manibusq; con
tritis, ius percolato. Deinde ſumito aga-
rici ſcrupulos duos, aloës drachmã unã,
ſacchari ſedrachmã, hellebori nigri ſeſ-
quiobolum. excipito hæc melle, aut * iu- * *Conſtat uiolis, aqua, et ſaccharo.*
leb uiolato, informatoq; catapotia, ac tri

BIU Santé

bus horis ante decocti propinationem, pro uirium robore porrigito, & deinde præſcriptum decoctum ægrotanti exhibeto. Poſteà * triduum totũ æger ad uires recolligendas conquieſcet. Interpoſitis quidem diebus, quibus à medicaminum uſu abſtinebit, paulo antè dictis aluũ lenientibus cibis enutriendus eſt: & potui uinum tenue & lucidũ, beneq́ odorum præbendũ. Dehinc rurſus æger commemorata ratione euacuãdus eſt. Quinetiã tertio quoq́ & quarto interpoſitis interuallis, per inferiora huiuſcemodi purgationẽ moliemur. Interim tamen ægrotus à bilem atram gignentibus cohibeatur, cuius generis caprarũ magnarũ caro eſt, & ferina, & uaccina, & ſuilla, & ſale condita caro, & caſeus uetus, & fabæ, & in primis lenticula, oleraq́ uniuerſa humectandi uim nullã poſsidẽtia. fugiat quoque uina craſſa & nigra, exercitia & uigilias, caueatq́ ne uel fame, uel ſiti excrucietur. Sed his cõtraria, uinum tenue, perlucidum beneq́ odorum, & frequentes ac diutinos

*Aliqui hebdomadas tres ſcribi uolunt.

©BIU Santé

diutinos ſomnos, illi iniũgere competit. Proſpiciendum etiam lieni his remedijs, quæ in ſequẽtibus Capite de intumeſcẽtis ſplenis præſidijs, proſequemur. Similiter os quoq; uentriculi corroborãdum eſt, medicamẽtis his, quorũ mentionem faciam, ubi ad uentriculi affectus deuentum fuerit. Cum autem nulli ex cõmemoratis antea circa uentriculum affectibus, aut certe pauci melãcholiæ eueniũt: ſed ſi poſt phrenitidẽ, aut capitis ictum, aut diutinam in ſole moram, aliquem ea occupauerit: mox inter initia ſanguis ex humerali uena eliciẽdus eſt, & capiti iiſdem præſidijs, quæ his affectib. proprie dicata ſunt, proſpiciendum. Ad hæc caput, modice feruefacta aqua irrigãdum: & inſuper oleum roſaceũ, aceto ex uino confecto dilutum, ab alto ſuperfundendum. Similiter & lac muliebre capiti ægri immulgeri prodeſt. Naribus quoque oleum ſeminum cucurbitæ domeſticæ, & muliebre lac, recte indẽtur. Quinetiã in balneum, humectãdi facultatem poſ-

Cap. 70.

Cap. 63. & 64.

Ex proprio cerebri affectu.

 ſidens,

©BIU Santé


ſidens, ſubinde æger deducetur, & ibidē aqua tepēs liberaliter capiti infundetur. Præterea ęgrotans omnia odora, frigida facultate prædita, crebro naribus opportune obijciet. § Cæterum ſi modo duorum præſcriptorū affectuum, eius uidelicet qui per conſortium eſt, & qui ex proprio cerebri affectu dependet, nulla indicia melancholiam concomitentur: inter initia uenam, quę ex humerali ac axillari dextri brachij communis eſt, incides, ſanguinemq; præſcripta ratione ex cōſiſtentia ac colore examinabis. Deinceps reliquam medendi atque alendi rationē, in priori melancholiæ ſpecie comprehenſam præſcribens, ægrotanti ſubuenies. Poſteaquam uero hæc auxilia tētaueris, aliquot diebus ægrum à medicaminum uſu quieſcere ſines: & deinde recollectis uiribus, ut prius curationem, tantiſper dum ab omni malo liberetur, aggredieris. Verum uniuerſum ſtudiū, quod in melancholicis conſiderandum exiſtit, eò ſpectat, ut pinguiores corpulentioresq;

*Vtrinq; ambigentis curatio, ex melāncholia ſcilicet naturali, & ſanguinea.*

*Tribus melāch. ſpeciebus cōia.*

©BIU Santé

resq́ crebris balneis potabilis aquæ, et ui
ctu boni ſucci & humectãte, & cum de-
centi animi delectatione, reddãtur, ſiqui
dem ilico, ſimul atq; pingues obeſiq́ red
diti ſunt, à propoſita noxa liberantur.
Proinde cibi illis quàmmaxime idonei
cenſentur, ueruecina caro, hœdina, galli
nacea, & panis ſimilagineus. Furfura-
ceus nanq;, nulla ratione ijs aptus, utilis'
ue putatur. Vinũ autem conuenit tenue
ac pellucidum, quoniã craſsius nigrũq;
illis ineptum eſt. Præter hæc, lac etiam re
center emulctũ, & adhuc tepens his con
fert. Similiter et ſaxatiles piſces recentes,
& ſeſama ſaccharo pręparata, atq; oleũ
amygdalinum, ex uſu ſunt. Ad hæc can-
tilenas, mimosq; ridicularum rerum eos
audire, & alias res præ oculis habere, qui
bus maxime capiuntur, exhilaranturq;,
& multi ſomni, hoc morbo correptis prę
ſidio ſunt. Contra ex graui & frequenti
cogitatione, ſolitudine, uigilijsq; multis,
graues illis noxæ eueniũt. Catapotia
bilem atram purgantia, quæ decoctum

BIU Santé



paulo ante deſcriptũ ob nauſeam reſpuẽtibus porriguntur. Epithymi Cretenſis drachmæ uiginti, filiculæ (quam Græci πολυπόδιον uocant,) agarici, utriuſque drachmæ decem, hellebori nigri drachmæ quinq;, * ſaccari tantundem, ſtichados drachmæ ſeptem, pulueris hieræ picræ drachmæ quindecim. finguntur ex his catapotia, & offeruntur eorũ drachmæ tres, uel minus pro uirium ratione.

* Sic Manar. ſalẽ Indicum interpretatur.

Cæterum diebus, quibus à medicamẽtis æger liber quieſcit, electuarij exhilarans inſcripti, portionẽ opportune aſſumet. Hoc accipit, meliſſę, corticum citri, † caryophylorum, galliæ moſchatæ, maſtiches, croci Oriẽtalis, cinnamomi, nucis myriſticæ, cardamomi, pęoniæ, * been albi & rubri, zedoariæ, doronici, § ſeminis ocimi maioris, ſeminis ocimi caryophilati, ſingulorum pares portiones, moſci quantum pendet decima pars denarij unius. inſuper ſumito myrobalanos chebulas numero uiginti, & emblicas numero triginta. has conterito, & in tribus libris

† Alij Gary. legunt.

* Incognitæ ueterib. radices, ſed in officinis proſtantes.

©BIU Santé


bris aquæ ad duarum librarum euaporationem concoquito, & per colum traijcito. Iam percolato iuri, adijcito mellis libram unam, & dein rurſus decoquito, quouſq; uniuerſa aqua euaporatu abſumatur. poſtremo tribus huius cocti mellis partibus, partem unam prædictorum medicaminũ in puluerem detritorũ, adijcito. Cum autẽ uſus poſtulauerit, huius antidoti, nucis auellanæ inſtar, offerto. Sanè electuarium hoc, animi hilaritatẽ, coloris iucunditatem ac amœnitatẽ, bonamq; concoctionem creat, adhæc caniciem quoq; retardat.

*Frigidis ... frctibus ... quàm idoneum.*

## *De diſtillatione, raucitate, & grauedine.* Caput XIIII.

*Ab aëre frigido cerebrũ compmente.*

CVm aliquis poſt balnei uſum, aut exercitium, aut aliam quampiam occaſionem calefacientem, caput in aëre ambiente frigidiore, & uentis aquilonijs flantibus detexerit, & inde naribus & palato pruritus ac titillatio, nimirũ in ſpongioſis oſsibus, & commotio ſternutationesq; prouenerint, adhibeat linteum ca-

 lefactum

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 63 sur 255

©BIU Santé


leſactum capiti: atq; id tantiſper, dum calorem in profundũ capitis penetrare ſentiat, relinquat. Deinde nigellam naribus odoris gratia admoueat: & eius etiã puluere, aut ſtruthij nariũ foraminibus inſpirato, ſternutationes prouocet. Præterea ne peccans humor in dorſalẽ medullam fluat, ſupinum decubitum uitet: multam quoq; ciborum ingeſtionem, præſertim uaporoſorum, ac uini potum fugiat.

*Cum calida intẽperie.*

Quod ſi affectus lintei excalefacti uſu nihil remittat, ſanguinẽ humerali uena ſecta mittere, ac uẽtrem remedijs aluum lenientibus atq; emolliẽtibus ducere expedit. Tale eſt ſubſequens decoctũ, quod tuſſe & thoracis aſperitate correpto, aluiq; ſolutione indigẽti, potui datur. Accipit autẽ * ſericas numero uiginti, * myxas triginta, uuarum paſsarum ab acinis liberatarũ drachmas decem, uiolarũ exiccatarum drachmas quatuor, dulcis radicis à cortice liberæ, & nonnihil contuſæ drachmas quinq;, ficus caricas decẽ, omnia in tribus libris aquæ, ad duarum ab-

** Sic iuiubas, & ſebeſten interpretor.*

ſumptionem

©BIU Santé

ſumptionem decoquuntur, deinde per colum traijciuntur: & in percolato hoc decocto caſsiæ fiſtulæ drachmæ ſeptem, mannę (quam antiqui mel aërium appellant) drachmæ decem diſſoluũtur. Cæterũ, ſi neq; uenæ humeralis inciſio, neq; alui deiectio præſenti affectui opem attulerint, & materia quoq; in thoracẽ defluxerit: ad hæc ſi cum tuſſe febris infeſtauerit, ilico uena axillari, aut ea quæ ex axillari & humerali communis eſt, ſecta, ſanguinem mittes, & à carnium & uini uſu ægrum arcebis. Item quãdiu ingens calor, tuſsisq; aſpera & arida perſeuerauerint, potui porriges hordei decoctũ, aut iuleb uiolatũ (Græcis iozulapon appellatum) quod ad hunc modum cõficitur. Violarum unciæ tres, in tribus ſextarijs aquæ per diem macerantur: excolatæq; aquæ, libræ tres ſacchari adijciuntur. Verum calore ſe remittente, tuſſeq; ſicca in humidam uerſa, ut iam æger expuat: infra ſcriptum decoctum una cum iam narrato iuleb uiolato indies tantiſper, dum

pectus

BIU Santé


pectus expurgetur, & tuſsi æger liberetur, uoxq́ pristinæ claritati reſtituatur, propinandum eſt. Quod decoctum accipit, ficus caricas quinq́, ſericas decẽ, myxas uiginti, uuarum paſſarum albarũ ab acinis mundatarũ drachmas decem, dulcis radicis, cui cortex ablatus ſit, drachmas qnq́, omnia donec tabuerint aquæ incocta, per colum traijciuntur. Huius decocti quotidie unciæ tres, admixtis iuleb uiolati drachmis quinq́, exigẽte uſu porriguntur. Porrò ſi inueterauerit tuſſis, moleſtaq́ eſſe perrexerit: curationem

Cap. 55. eius, ut Capite de tuſsis præſidijs perſequar, aggredieris. Cæterũ ſi defluxus humorũ ad nares, Latinis grauedo, Græcis κόρυζα appellatus, perſeuerauerit: ſuffitibus per infumibulum, aut calamum in naribus tranſmiſsis, cohibebitur. Proinde ſi humor, qui ad nares decumbit, tenuis, acris, mordax, ſuppallidusq́ extiterit, ſuffumigationem ex *ſulphure, aceto macerato poſteaq́ reſiccato, tẽtabimus. Aut ſi libet, ex hordeo fabisúe decorticatis

* Legendũ puto furfure, cũ Auic. non ſulphure, cum Meſue.

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 66 sur 255

©BIU Santé



tis, acetoq́; cōmaceratis, ac deīde exiccatis, aut ex ſaccharo cādido, ſandaloq́; albo, ſuffitu prædicta ratione utemur. At ſi nullā caloris notam facies præ ſe ferat, ſuffumina ex coſto, uel thure apparabimus, nā & hæc quoq; fluxus reprimunt. *Opportune hos ſuffitus purgatio præcedet*

## *De lippitudine, quæ* ὀφθαλμία *Græcis uocatur.* Cap. XV.

QVando adhæreſcens oculi mēbrana, quæ natura alba eſt, ob ſanguinis affluxum cruenta apparet, & ex oculis lachrymæ reſudant, atq; in maioribus oculi angulis ſordes quædam colliguntur, ægrum lippitudine infeſtari certum eſt: quæ pro ſymptomatum numero uehemētiaq́; modo grauis, modo lenis exiſtit. Verū inter huius uitij ſpecies, deterrima ea eſſe fertur, quæ oculorū alba adeò inflata tumidaq́; habet, ut nigredinem (quæ corneæ pars tota eſt, adhærēte mēbrana non obtecta) obtegere, palpebrasq́; inuertere uideatur. Mox itaq; per ophthalmiæ curationis initia, uenam humeralem patienti oculo oppoſitam, in

extrema

BIU Santé



* extrema manu pollici uicinam, aut ſupra cubitum, ſecare iuuat: niſi leue malum fuerit. Siquidem tunc è directo partis læſę, ſecta humeralis uena, ut & in cōſiſtēte fluxus, opē fert. Quocirca quanto uehementior affectus eſt, tanto maiorem ſanguinis copiam detrahere decet. Poſt ſanguinis autem detractionem, aluus myrobalanis citrinis, manna (ueteribus mel aërium appellata) & fructuum quorundam, ut prunorum, tamarindorum ſucco, ducenda eſt. Aeger quidem à carne, uino, & cibis dulcioribus arcendus: parcior quoq; uictus illi præſcribendus eſt. Quod ſi hæc inefficacia fuerint, * collyrium album lacte mulieris puellā lactantis leuigatum, oculis illinetur. At ſi ſordiū multitudo in oculis collecta ſit, ſpecillo lana molli inuoluto, ac aquæ roſatæ immerſo, oculum à ſuis ſordibus liberare cōpetit. Dehinc puluis albus inſpargendus, oculisq; mollis lana * muliebri lacte imbuta, cum laxa faſcia (ne puluis lachrymis eluatur) illiganda eſt.

* Puto, illā non ex ſola cōſtare humerali, ſed ex ea & cōmuni factā.

* Id in augmēto cōmodū, in principio ſola repercutiētia conueniūt.

* Huius lactis natura apud Plin. li. 28. ca. 7.

Deinde

©BIU Santé



Deinde oculis ita molliter aſtrictis, & ægro in tenebroſam domum deducto, omni ſtudio & conatu ſomnum illi conciliabimus, ſummopere cauentes, ne in affectum oculum, aut capite depreſſo & inclinato decumbat. Sint itaque omnia capitis indumēta laxiora, ac minus ſtricta: nec diu pronus, imò potius ſupinus cubet. Porrò ſi à uenæ ſectione, atq; alui deiectione, oculus leuior, & dolor eius ſedatus, & * tumor mollior, & lachrymæ imminutæ fuerint, balneum ſubinde æger conſcendat. Siquidem hoc morbi reliquias diſsipabit, ac depellet. Cæterū humidis ſordibus oculiq; grauitate permanentibus, puluerem citrinum accommode oculo inſpirabis. Ex horum remediorum genere, quod lippitudine uexatis multum conducit, etiam eſt linimentum ſubſcriptū, epithematis inſtar fronti ac palpebris accommodatum. Quod recipit: Glaucij præparati ſucci, roſarū, aloës, lycij, ſandali rubri, nucis Indicæ, croci * Orientalis, ſingulorū æquas portiones.

*Id in quibuſdā exemplaribus deeſt.*

Epithema ad palpebrarum tumorem. confer fol. 61.

*Ita à cnico id Rhazes diſtinguit.*

BIU Santé

tiones, ex quibus omnib. inter ſe coriandri ſucco commixtis, finguntur collyria: & ubi uſus expoſtulauerit, unum illorũ coriandri aut intybi ſucco, aut roſacea aqua læuigatum, dictis iam partibus inungitur. Hoc remedio ſi ęger uſus fuerit, ſuperis fauentibus, ſanitati reſtituetur.

Collyriũ album: Ceruſſæ ablutæ drachmæ decem, ſarcocollæ craſsioris drachmæ tres, tragaganthę drachma una, opij ſedrachma. hæc iuuẽculæ lacte detrita in collyria, lenticulæ inſtar digerũtur. Puluis citrinus: Sarcocollæ craſsioris drachmæ decem, aloës drachmę duę, croci tantundem, myrrhæ drachma, lycij drachmæ duæ. his in pollinem ſubactis, ubi uſus erit, puluis oculo inſpirabitur. Puluis albus. Sarcocolla alba & pinguis, lacte mulieris potiſsimum iuuenculæ macerata, in umbra tantiſper dum exiccetur, relinquatur, deinde exactiſsime conteratur: & ſingulis eius pulueris drachmis decẽ, adijciantur glaucij ſucci drachmæ duæ, hæc rurſus in puluerem tenuiſ-

ſimum

©BIU Santé

ſimum detrita reponuntur, poſtulanteq; uſu oculo inſparguntur.

## *De oculorum ulceribus.* Cap. XVI.

ABſceſſum oculo innatum præſagiunt, ingens & uehemens puncti lis ac pulſatilis dolor, multæ profluentes ab oculis lachrymæ, & uniuerſus oculus, aut abhæreſcens mẽbrana ſola, cruore ſuffuſa: quorum ruborem apertis oculis, aut inuerſis palpebris, intueri licet. Deinde in oculo unus locus altero ſanguinolentior, aut in cornea conſpicua parte locus aliquis albus apparens, oculi quoq; abſceſſum indicãt. Cæterum ad præſentis affectus auxilia inſtituẽda admouendaq;, Medico in oculorum ægritudinibus profligandis exercitatiſsimo, & natura ſagaci, opus eſt. Veruntamen nos curationis capita & ſummam, atque præcipuam medicaminũ rationem, proſequemur. Dicimus itaque, ulcera in cohærente membrana (quam oculi albũ nonnulli appellant) oborta, non ita eſſe pernicioſa periculoſaúe, ut ſunt ea quæ

corneæ

BIU Santé


corneæ parti adnata mẽbrana non obte
ctæ innaſcuntur. At omnium pernicio-
ſiſsimum ulcus eſt, quod corneæ è pupil-
læ regione euenit. ſiquidẽ hoc ulcus pu-
pillæ procidentia ſubſequi quàm ocyſsi-
me ſolet. Huius itaq; inflammationis cu
rationem, à uenę humeralis inciſione au
ſpicabimur, ſanguinis copiam quoad fie
ri poterit, imminuentes, dein ad alui ſolu
tionem properabimus. Et æger à carniũ
& uini dulcis uſu arcebitur, ſolarũq; inte
rim refrigerantium herbarũ, ut intybæ,
portulacæ, lactucæ eſu, atq; aquæ potu
contentus uiuet. Oculo uero per initia,
collyrium album muliebri lacte detritũ,
immittendum erit. Quod ſi modo dolo-
ris pulſatilis uehementia, cæteraq; ſym-
ptomata remitti uideantur, ſpes eſt mor-
bum ſine ſuppuratione ſolutum iri. At ſi
pulſatilis dolor poſt detractum ſangui-
nem, & deiectum uentrem, atq; collyrij
albi uſum, neque quieſcat, neque remit-
tat, exigua ſpes ſupereſt, inflammationẽ
illam ſine puris collectione curari poſſe.
Quare

*Inflãmatio nis nondum ſuppurãtis curatio.*

*Iam ſuppurãtis inflã. & ulceris curatio.*

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 72 sur 255

©BIU Santé

Quare tunc oculo collyriũ ex thure indu cendum eſt, & hapſus aliquis ex molli lanula admotus, illigãdus eſt. Verũ priuſquam inflammatio ſuppureſcat, oculũ leniter ne dolore excruciet, abſq; hapſu lanæ conſtringere decet. Nec tũc quoq; à collyrij ex thure uſu abſtinere cõpetit: quoniam tantiſper dum inflãmatio ſuppuretur, illud illinere confert. Pure uero iam nato, collyrium ex plumbo, quouſq; cauitas tota abſceſſus impleatur, uniuerſaq; caro regeneretur, quàm conuenientiſsimũ erit. Hæc autem præſidia abſceſſu non magno exiſtente, opportune tentantur. Nam ſi magnus pupillæq; uicinus abſceſſus ſit, operæprecium erit, collyrium Eleiſier, mox ad finẽ capitis ſubſcribendum, cydoniorum malorum nucleorum læuigatum oculo accommodare, ac eodem tempore hapſum quoq; ex tenera lana, molliter oculo alligare decet, ne ulceris occaſiõe pupilla procidat. Proinde ad hæc ſupinus decubitus, depreſſo nonnihil capite, & à uehementio-

D re

BIU Santé


re motu ocium & quies ægro conueniunt: Cæterum carne iam in abſceſſus ac ulceris loco regenerata, uniuerſaq́ꝫ cauitate impleta, relinquetur in oculo alba quædam cicatrix: quæ ſi profundius ulcus fuerit, craſsior: ſi uero in † corneæ tãtum ſuperficie extiterit, tenuior ſuperficiariaq́ꝫ erit. Cicatrix tamen illa ſeu callus, ſi remotius ab oculi pupilla ulcus cõſtiterit, nihil incommodi adferrè poteſt. Sin autem pupillæ uicinior, poſt ulceris curationem, alba cicatrix relicta fuerit, uicinitatis ratione uiſionem abolebit. Quapropter tum illis præſidijs, quibus albugines abſtergũtur tolluntur q́ꝫ, utendum erit.

*Cuiuſq; partis ſua quædam caro.*

*† Aliàs carnis.*

*Collyrium ex thure.*

Collyrium ex thure. Ammoniaci, ſarcocollæ, utriuſq́ꝫ drachmæ quinque, thuris drachmæ decem, croci drachmæ duæ, omnia læuigata, ac fœnogræci ſucco excepta, in collyria digeruntur.

*Collyrium de plumbo.*

Collyrium de plumbo. Plũbi uſti & loti, ſtibij, pompholygis abluti, æris uſti, gummi Arabici, tragacanthæ, ſingulorũ drachmæ ſeptem: opij ſedrachma, hęc ſimul

©BIU Santé


mul contrita, per tenuiſsimum pannum ſericum cernuntur, & puluere aqua pluuiali conſperſo, informantur ex eo collyria. Collyrium deperditam ulceris oculi carnē regenerans, & pupillæ prociden- tiam prohibens, & relictam cicatricē ſeu callum extenuās, abſtergensq́; Cadmiæ ablutæ, pompholygis loti, ceruſſæ, ſtibij, thuris, ſingulorum drachmæ duæ, myrrhæ drachma una, ſarcocollæ craſsioris ſeſquidrachma, cinnabaris, aloës, opij, ſingulorum drachma una, finguntur ex his collyria. Collyrium autem Eleiſer uocatum, quo ex ulcere procidentiā pupillæ metuētes utimur, in hunc modum ſe habet: Stibij, lapidis hæmatitis, utriuſque drachmæ decem, acaciæ drachmæ tres, aloēs drachma una, his cydoniorū nucleorum ſucco ſubactis, informantur collyria: ac dum uſus expetit, oculo accommodantur.

*Collyrium polychreſton. carnis generatiō.*

*Collyrium Eleiſer.*

## Ad ea quæ oculis incidūt educēda. Ca. XVII.

SI pilus, feſtuca, aut quid aliud oculo fortuito inciderit, ſumito ſpecillū re-

BIU Santé

ſina pinea illitum, uoluitoq́ per oculũ, & adtrahet id quod oculo illapſum eſt. Idem ſuccinum attritu calefactum, oculoq́ admotum præſtat.

*De albugine oculo innata.* Cap. XVIII.

QVæ oculis innaſcitur albugo, cicatrix eſt, poſt ulcerum curationem, dum eorum continui ſolutio reſtituitur, relicta. Quæ ſi in puerorum oculis oboriatur, facilioris curæ erit, quàm in ſeniorum. Siquidem in ſenibus facta albugo, haudquaquam curationẽ admittit, niſi perquàm tenuis & ſuperficiaria ac nubeculæ inſtar extiterit. Præſentem porrò affectum, præſidijs his diſcuties. Poſtq́ æger balneo corpus emolliente egreſſus fuerit, aut facie quàm minime prona, uaporẽ aquæ calidæ, aut fœnogræci tepentis decocti, tantiſper dum ipſa rubeat, receperit, infraſcripti pulueris portionem oculo inſparges. At ſi id remediũ uenas turgidas ac ſanguinolentas effecerit, doloremq́ inflammatorium concitauerit, ab eo cõquieſces, donec hi affectus oculi remiſsi

*Etiãſi ſeniorum nõ curamus, ad fucũ tamen eas tingimus.*

©BIU Santé


remiſsi fuerint, dein idem ſubſidium repe
tes. Medicamen præſtantiſsimum, albu-
ginem probe detergēs, citoq; diſcutiens:
quo ego in exterendis albuginibus, neq;
efficacius, neque generoſius, aut ulli par
comperi. Accipe maſſacumiæ (quod ex
plumbo, uitro, ſilice conficitur, quo ſcili-
cet fictilia uaſa illinunt) halcyonij, quod
alij ſpumam maris uocant, ſtercoris ma-
gnæ lacertæ, nitri naturalis non factitij,
ſacchari albiſsimi, ſingulorum pares por
tiones, dein ſume acori, chelidonij *utri-
uſque drachmas decem, & decoque in li
bra una aquæ, ad trium partium cōſum-
ptionem: poſtea percolato, & hoc deco-
cto comprehenſas medicinas ſubigito,
& liquore imbibito, in umbra exiccādas
ſeponito, ac denuo contritas, & ut prius
aſperſas exiccato. id ubi quater præſtite-
ris, rurſus omnia, ut prius exiccato, cōte
ritoq;, ac oculo puluerem inſpargito. Si-
quidē hoc medicamen nulli in detergen-
dis albuginibus, ut dixi, eſt ſecundum.
nam craſsiores albugines, etiam bruto-

*Deſcriptū eſt ex libro Secretorū, qui falſò Galeno aſcribitur.*

** Aliq; addunt fœniculum.*

 rum,

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 77 sur 255

BIU Santé


rum, ut equorum & boum oculis innatas, extergit.

*De ſcabricie & tunicula.* Cap. XIX.

*Ab erodẽte humore.*

CVm palpebram inuerſam, interius rubro colore ſuffuſam, & aſperam inæqualemq́ aſpexeris, ſcabie ea moleſtatur. Et quando ſuper oculorũ alba & nigredinem, quiddam tuniculæ inſtar, uenis multis cruentis & turgidis contextum cernis, affectus adeſt, qui Arabibus à tunicæ forma Sebel dicitur. Sanè utraque hæc uitia grauia ſunt, & diuturna, atque ad curãdum contumacia. Nihilominus tamẽ inter initia, dum æger ſanus eſt, nec affectus inualuit, uenæ ſectione brachij & frontis, & alui ſolutione utatur. Et ab eſu palmularum, & ſeſami melle præparati, & temulẽtia abſtineat. Præterea uacuum corpore, nec cibis diſtentum ægrotantem ſubinde ad balnea deducere, identidem quoque laborãti oculo collyrium rubrum illinere, proſunt.

*A ſuffuſo ſanguine in adhærẽte tunica.*

Collyrium rubrum. Lapidis hæmatitis, æris floris cremati ac loti, utriuſq́ drachmæ

©BIU Santé


mæ tres, æris uſti drachmæ duæ, croci drachma una, myrrhæ tantundem, pipe ris lõgi ſedrachma. poſteaquam uino ueteri ea læuigaueris, redigito in collyria. Præter iſta collyrium uiride, Capite de ungui deſcriptũ, ſi illinatur, opem fert. Quod ſi morbi hi in uetuſtatẽ prorupe- rint, ſcabies, inuerſa palpebra & inſtru- mento (quod à palpebrarum raſura βλε- φαρόξυστον Græci appellant) per ſumma deraſa, tunica uero ſuppuratione & con coquẽtium uſu perſanari debent. At ho- rum curationem præſentis libri metæ, quum ad manualem artem pertineat, haudquaquam admittunt.

*Horum curatio latiß. lib. 4. Secundũ locos.*

### Ad *maiorum angulorum carunculas pruritu uexatas.* Cap. XX.

*A mordaci ſucco.*

SVmito intybum tenellum ac uirens, & eo manibus exacte contrito, infor mato globulos paruos inſtar oculi, & o- leo uiolaceo circumlitos, ac oculis clau- ſis ſuperaccommodatos, ægrotanti ſom num inituro, illigato. Verum roſaceum ꝓpoſito affectui generoſius eſt, citiusq́ꝫ

 auxiliũ

BIU Santé


auxilium præſtat. At ſi hæc inualida fuerint, accipito lentes excorticatas, rhus obſoniorũ, roſas rubras, & mali punici acinorum ſuccum, hæc trita ſapa, hoc eſt decocto uino, conſpergito, ac in morem emplaſtri pruriginoſo angulo inducito. Quod ſi ne hæc quidem ſuffecerint, humeralem ægrotantis uenam primum incidito: deinde eam, quæ recta in frõte repit, ac eas quę ad maiores oculi angulos ſunt. Ventrem quoque ſubinde medicaminibus bilem flauam ciẽtibus deijcito. Item ęgrum identidem ad reprimẽdum humorum acrimoniam, in balnea dulcis aquæ deducito.

### De ungui oculorum, quod πτερύγιον Græcis uocatur. Cap. XXI.

*Ob cõcoctricis uel expultricis imbecillitatẽ.*

QVando aliquid membranulæ neruoſæ inſtar, ex angulo oculi nares ſpectante oriri, & oculi album obtegere, ac ad uſq; nigredinem eiuſdem protẽdi cernitur, affectus unguis appellatus, oculo innaſcitur. Huius noxa tunc demum peior cenſetur, dum ad nigredinem, quę è regione

©BIU Santé

è regiõe pupillę eſt, malũ ꝓpſerit. Hac itaq; mẽbranula tenui exiſtente, collyrio uiridi, & collyrio ex æris flore, eã elidere tentandũ eſt. Sed poſtq̃ in uetuſtatem & craſsiciẽ unguis deuenerit, ſcalpello ad id parato eſt euellẽdus. Collyrium uiride, quod tuniculę Sebel dictæ, ungui & albæ cicatrici auxilium præſtat. Aeruginis drachmæ tres, ęris floris combuſti drachmæ ſex, auripigmenti rubri, nitri, halcyonij, ſingulorum drachma una, ſalis ammoniaci drachma ſemiſsis, guttæ ammoniaci drachmæ duæ. ammoniacũ in rutę ſucco diſſoluitur, & reliquis medicinis eo aſperſis, informantur mirificę uirtutis * collyria, etiã ſi paulo uehementiora ſint. Collyriũ ex æris flore, quod unguem exterit. Aeris cremati, æris floris, utriuſque drachmę quinque, æruginis drachmæ duæ, ſalis ammoniaci, nitri, * auripigmenti, quod ſublimatũ ſit, ſingulorum drachma una: conteruntur omnia: & ſeptimanæ ſpacio, ut melius exiccentur, reponuntur. deinde illis rutę

*Chirurgia apud Aëtiũ lib. 7. c. 60.*

* *Præſtãtiſſima ſunt, ſine liquore detrita, ſiue inſtar pulueris admota.*

* *Id inter reliqua eſt mordaciſsimum.*

BIU Santé

ſucco conſperſis, fingũtur collyria, quibus unguis affricatur.

### *De uibice, ac cruentis ſuffuſionibus ex ictu aliaue cauſa.* Cap. XXII.

*Ob paruarum uenularum diuortium.*

QVando in oculo ex plaga, ſeu alia quauis occaſione, maculã ſanguinolentam fieri cõtigerit, ſanguis ibidem ex affluxu collectus (poſtquam æſtus & fluxio conquieuerint) diſcutiendus eſt. Sumito itaque auripigmenti rubri, thuris, myrrhæ, ammoniaci, ſingulorum æquas portiones: his coriandri ſucco detritis, formato collyria, ac illa coriandri ſucco læuigata, oculo exigente uſu illinito. Verum quam diu dolor perſeuerauerit, albumen oui oleo roſaceo cõmiſceto, & lanam teneram illis imbutã oculo illigato. Etiam columbæ ſanguinẽ ex teneris alis expreſſum, ſtatim per initia opportune poſt uenæ ſectionem, ſi opus ſit, inſtillabis.

*Vehemens multum.*

### *Ad lachrymas.* Cap. XXIII.

*A frigido humoris affluxu.*

CVm maiores oculorũ angulos continenter

©BIU Santé


tinenter uuidos ac madentes conſpexeris, ęgrum quotidie ieiunum, & corpore expurgato, ad balnea deducito: & oculo hunc ſubſcriptum puluerem, tenuitate atomis non abſimilem, inſpargito. Puluis quidem iſte accipit, pompholygis drachmas decem, corallij rubri & albi, myrobalani citrinæ & contritæ, aloës, ſingulorũ drachmas duas, piperis drachmæ ſemiſſem. hæc in pollinem tenuiſsimum detrita, oculo crebro inſpirantur. *Præſente calore amouet piper.*

## De uiſus debilitate. Cap. XXIIII.

SI cum uiſus imbecillitate, manifeſtæ humiditatis notæ apparuerint, quæ tempore inediæ & exercitij nonnihil remitti uideantur, catapotia coccia, leuioribus purgantibus præſidijs tentatis, ſubinde ęgrotanti porrigere, & alimenta ſiccantia & extenuantia adminiſtrare oportebit. Vomitum quoq; ſubinde poſt aſſumptos cibos incidentes, ad pituitæ eductionem, iritare opportunũ eſt. Oculis autem pulueres ſiccandi uim poſsidẽtes,

*Ex humiditate, aut ſpirituum craſſitie.*

*Ex ſiccitate, aut ſpirituum penuria.*

©BIU Santé

tes, utiliter inſpargentur. Quod ſi iam dictum affectum ſiccitas, corporiſq; macies concomitentur, copioſius & humectans alimentum, & uini potus, ex uſu erunt. Item aqua egelida capiti liberaliter infundenda, atq; ad tepentis aquæ uaporem facies inclinanda eſt. Naribus autem ac auribus, oleum amygdalarũ dulcium inſtillandum, ac oculis lac mulieris adoleſcẽtulæ quotidie, idq; ſępius eſt infundendum. Hæc porrò imbecilli uiſus ſpecies, famis tempore & uacua aluo, increſcit, magiſq; intenditur. Compoſitio pulueris tenuiſsimi, uiſum qui humiditatem ſuæ imbecillitatis cauſam obtinet, exacuens. Accipito pompholygis roſacea aqua abluti ſiccatiq; drachmas uiginti, deinde exprimito ſampſuchi uirentis ſuccum, et poſteaquam nocte una quouſq; fęces ſubſiderint, requieuit, eũ percolato, & eo ſucco aſperſum põpholygẽ, donec exiccetur ſeponito, poſteaq; conterito. Inſuper ſumito zingiberis, piperis nigri, piperis longi, chelidonij, ſingulorum

*Puluis ad humiditatẽ oculi.*

©BIU Santé



gulorum drachmas duas, ſalis ammoniaci drachmã unam, pompholygis ad præſcriptum modũ præparati drachmas uiginti. hæc omnia cõterito, & ſucco uirentis fœniculi aſpergito, & rurſus ſiccata ac contrita reponito, & expoſcẽte uſu, oculis iniiciens utere. Præter iſta quoq; propoſito affectui collyrium ex fellibus illitum optime facit: ſed ualde acre & mordax eſt.

### *Ad palpebrarum tumorem, Græcis* χέμωσιν *appellatum.* Cap. XXV.

OCulo epithema humorũ affluxum reprimens, Capite de oculi lippitudine deſcriptum, illinito. *A ſanguinis influxu.* Fol. 45.

### *Ad palpebrarum pilos, oculos iritantes.* Cap. XXVI.

SI pilus unus alterúe oculo infeſtus fuerit, aliis rectis palpebrarum pilis, maſtichæ, aut oleo ſeſamino, illũ agglutinato, aut radicitus eos euellito: ac locũ, à quo euulſeris, mucronato ferro, aut acu urito. Verum ſi multi pili oculum iritauerint, neceſsitas tarſum præſcindere cogit. *Ob ſiccitatẽ, aut pororum obliquitatem.*

©BIU Santé

git. Cæterum eius negocij tractatio, noſtri propoſiti libri limites tranſcendit.

### *De ſuffuſione, ſiue humorum in oculum affluxu.* Cap. XXVII.

QVandoque ante oculos culices alicui, uel alia tenuia, lucentia, caliginoſaq; corpuſcula perperam obuerſari uidentur. Quod nonnunquam propriæ noxæ oculi, nonnunquam uentriculi affectui fertur acceptum. Quare inter hæc duo diſcrimen habẽdum eſt, neque ſanè hoc ſymptoma homines infeſtans parui pendendum eſt. Quod ſi ob uẽtriculi uitium euenerit, non metuendum, ne oculo magnam noxam adferat. Sin ex proprio oculi affectu ſit, metu grauioris mali non caret: ſiquidem id ſuffuſionis initium eſſe conſueuit. Cæterum affectus hic, dum recens eſt, nondumq; radices egit, medicamentis eliditur. At ubi uetuſtus perfectusq; extiterit, ſola punctorij ſtyli mucronis per corneam pertuſione, curari poteſt: licet fortaſſe nec pertuſio quidem, ipſiusq; membranulæ à pupillę regione

*Paul. lib. 6. cap. 21.*

©BIU Santé

regione depręſsio, opem adlatura ſint. Quã ob cauſam inter hæc duo iam enarrata, merito diſcrimen ſummo ſtudio inquirendum eſt. Quod autem id ſit, perſtringam. Cum igitur utrique oculo, muſcæ, aut culices, aut quid ſimile occurſare uideatur, pro certo habẽdum, ex affectu uentriculi malum pendere. Si autem altero tantum oculo huiuſcemodi apparitiones conſpiciãtur, uitium oculo propriũ eſſe iudicatur. Sic etiam quando cibis diſtenſo uentriculo, & eo ingeſta male concoquente, nauſeaq́; laborante, ſolito plures cerni uideãtur: tempore uero inediæ, aut exercitij, pauciores hallucinationes eueniant, & tunc quoque ſciendum eſt, ab ore uentriculi affectum pendere, idq́; maxime ſi duobus tribusúe, aut etiã pluribus menſibus ſuffuſionis apparuerint accidentia, contemplantiq́; tibi pupillã nihil tenebroſum cõſpiciatur. Dum itaque harum coniecturarum congeriem congeſſeris, catapotia coccia porrigito: quibus ſi affectus in totũ extirpatur, pr̨ędictis

©BIU Santé


dictis notis indicationibusq; fidẽ dabis, utpote affectu à uentriculi uitio dependente. Cæterum ſi altero tantum oculo uiſa fuerint, & ſingulis diebus perpetuo huiuſcemodi apparitio perſeuerauerit, nullo ſcilicet die interueniente, qui omni reprehenſione caruerit, cenſendũ eſt ſuffuſionis (quam aquam alij uocãt) adeſſe initia: præſertim ſi altera pupilla tenebroſior, aut turbidior, aut (ut breuiter dicã) non exacte pura uidetur. quæ ſi ita ſe habeant, certo certius eſt ſuffuſionem eſſe.

*Mali, ex oculi uitio curatio.*

Quando itaq; affectus hic ex propria diſpoſitione oculi pendet, prohibẽdum ægro, ne cucurbitulis, neque ex uenis in manum diſtributis, ſanguinẽ extrahat: ſimiliter quoque, ut piſcium, & eorum quæ humectãt, pituitoſumq; ſuccum generant, eſum fugiat hortaberis. Aluum uero frequẽter catapotijs cocciis deijcies, & ægrotum calefaciẽtibus ſiccantibusq; ales, atque hydromel potui illi propinabis. Oculis uero collyriũ ex fellibus opportune illines. Collyrium ex fellibus, quod

*In initio Paulus et Aëtius uenã ſecãt. Præſtiterit ante leuiora à Galeno deſcripta tentaſſe.*

©BIU Santé


quod auxiliatur incipienti ſuffuſioni, & pupillæ dilatationi, & his qui poſt occaſum ſolis non uidẽt, & hebetudini uiſus, humiditatem ſui occaſionem habẽtibus, hac ratione conficies. Fellis gruis, fellis piſcis, Arabibus * ſabot dicti, fellis hircini, fellis accipitris, fellis aquilæ, fellis perdicis, ſingulorum ſiccorũ unum, aut plura, horum aridorũ drachmis decem, adijcies euphorbij, ſylueſtris cucurbitæ, ſagapeni, ſingulorum drachmã unam. his ſimul omnibus attritis, & ſucco uirẽtis fœniculi aſperſis, formato collyria. Exigente quidem uſu, unum lacte muliebri, aut oui candido læuigatũ, oculo illinito.

*Nos Lucij utemur, Galen. quoque callonymi meminit.

*Ad nocturnam cæcitudinem, quæ νυκτάλωψ Græcis dicitur.* Cap. XXVIII.

HVic affectui idoneum eſt, hepar caprinum ſciſſum, & ſectionibus ſingulis iniectum piper longum: & pipere eiſdem ſectionibus occluſo, in clibanum hepar mittitur, & tantiſper dum aſſetur exicceturq́, non tamen uratur, relinquitur. quo aſſato, piper lõgum extractum,

*Ab aquei humoris et ſpirituum craſſitie.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 89 sur 255

IU Santé


diligenter cum moſchi momento cōteritur, ac ſanie, quę ex aſſo iecore reſudauit, conſpargitur, & exiccatū in puluereḿq; detritum, oculo crebro inſufflatur. Iam quoque ipſum iecur opportune edendū porrigitur. Aut caprillum fel melli commixtum, in æneo uaſe ſuper ignem deco quito, & dein ſpecillum felli intinctum, oculo admoueto. magis tamen profeceris, ſi collyrium ex fellibus muliebri lacte detritum oculo inunxeris. Porrò ſi hæc omnia inefficacia fuerint, aluum deijcito, ac ſanguinem ex utriſq; humerarijs, & frontis uena detrahito, uictusq; rationem extenuato.

*De dilatatione pupillæ.* Cap. XXIX.

*A ſiccitate.* CVm pupilla, hoc eſt foramē, quod propter uueam tunicam à natura perforatam in nigredine oculi cernitur, uſque adeò dilatatur ac pateſcit, ut omni ex parte alba oculi attingat: & ſi id poſt uehementem capitis dolorem euenerit, modica eius reſtitutionis ſpes habenda eſt. Exigua autem exiſtente dilatatione, *Ab humoris copia.*

©BIU Santé



uentrem catapotijs coccijs ſubinde deij-cies, ac identidem collyrium ex fellibus oculo illines. Cæterum ſi pupillam propter ictum dilatari obtigerit, haud quaq; formidandum: quia niſi uuea tunica diuulſa ſit, priſtinæ integritati reſtituetur. Parabis itaque ad huiuſcemodi uitium, emplaſtrũ ex fabarum farina, chamæmelo & althæa: & hæc in uino & aqua contuſa, oculo (non ſtatim tamen à principio,) induces. *A plaga.*

*De fiſtulis maioribus oculi angulis accidentibus.* Cap. XXX.

SI quãdo angulus maior madet, cũq; comprimitur, ſanies & pus emanãt, fiſtula ægrum moleſtat, cui ignito ferro præſentiſsime ſuccurritur. Verum eius uſum docere, ab huius libri tractatione alienum cenſetur. Nihilominus tamen ſubiungam remedium: quod ſi accõmoueris, ipſam reſudationem per mẽſes plures ita comprimes, ut ęger conualuiſſe uideatur. Medicamen hoc accipit, Aloës, thuris, ſarcocollæ, cinnabaris, balauſtij, *A putri & erodẽte humore.* *Apud Cel. lib. 5. ca. 28.*

 ſtibij,

BIU Santé



ſtibij, aluminis, ſingulorũ pares portiones, æruginis quantũ pẽdet quarta pars unius, hæc trita, ac plãtaginis ſucco ſubacta, in collyria redigito. Cũ aũt uſus expetit, fiſtulã, donec uniuerſa ſanies in ea coaceruata ꝓfluxerit, præmito, deíde ægro in latus ſanũ, fiſtulæq́ꝫ non obnoxiũ decũbẽte, iam deſcripti collyrij in ſucco plãtaginis, aut iure decoctæ gallę immaturę diſſoluti, tres guttas, aut quatuor, nõ ſimul quidẽ, ſed unam poſt aliam, iuſto interpoſito interuallo, in magnum oculi angulum, fiſtula tentatũ, inſtillato. Quo peracto, æger trium horarũ ſpacio, prædicta figura decumbet. In aurora inſecuti diei, rurſus fiſtulam exacte comprimito, ac eandem curationem reiterato, atq́ꝫ deinde ſeptimana una, aut quam diu fiſtula preſſa reſudat, idem repetito. Siquidem hac curatione, locus fiſtulę infeſtatus, ſiccus multis menſibus ſeruabitur.

*Fuſiſſime li. 4. Secũdum locos Galeni.*

De oculorum autem præſidijs, quantũ præſens inſtitutum exigit, iam ſatis pertractatũ exiſtimo. Reliqua uero quum ad

©BIU Santé



ad curationes, quæ ferro ac manus administratione peraguntur, pertinent, relinquam, quoniam multis remedijs, atque longa pertractatione opus habent. Sunt tamen nonnulla ex horum genere in his libris, quib. de decoratione, & fucis, tuẽdaq́ꝫ ſanitate egimus, deſcripta.

*In. 4. ſcilicet, & 5. ad regem Almanſor.*

De *aurium dolore.* Cap. XXXI.

*Ex inflãmatione cõtracto.*

SI aurium dolorem, faciei & auri uicinarum partium inflammatio doloŕq́ꝫ pulſatilis concomitentur, ſanguinem ex humerali uena ſecta, ægrotanti detrahito. Item oleum roſaceũ, oleumq́ꝫ de floribus ſalicum, modice ad auris ſenſum calentia, cum aceti pauxillulo, in auditorium meatum infundito: ac ea hapſu lanæ mollis excepta, & paululum refrigerata, foris admoueto. Lac quoque ita calidum, uti eſt recenter emulctum, ſubinde cum oui candido, auri inſtillato. Ventrem autem myrobalanis citrinis, ſcammonio, & aloë, uehementer ducito. Præparabis autẽ huiuſcemodi medicamen, in hunc modum. Sumito myrobalano-



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 93 sur 255

BIU Santé



rum citrinarum drachmas uiginti, & in puluerem contritas, duabus libris aquæ quouſque ad duas tertias libræ unius ea abſumatur incoquito, deinde decoctum per colũ traijcito. Inſuper accipito aloës drachmam unam, ſcammonij obolum unum, hæc diſcocto cydoniorum ſucco aſperſa, atque in catapotia ſeptem digeſta porrigito: & deinde poſt duarum horarum intercapedinẽ decoctum, quo catapotia fœlicius agant, prębeto. Quod ſi dolor minime conquieſcens urget, opij momentum, oleo roſaceo temperatum, auri immittito. Et ſi poſt opij uſum, dolor pulſatilis, priori ſimilis redierit, triduoq́ talis perſeuerauerit, oleum ex ſeſami ſemine, in quo anatis aut gallinæ adeps diſſolutus fuerit, ſubinde ſenſim auri infundito. Siquidem tunc auri abſceſſus ineſt, quem ſuppurare decet. Quando itaque dolor ſedatus fuerit, ſuppurationem perfectam eſſe ſcito, & ſubitam inſperatamq́ ab aure puris profuſionẽ exſpectato. Cæterum dum dolor aurium,

*A craßis uiſcoſisq́ humoribus.*

BIU Santé



rium, poſt faſtidioſam repletionem, aut uentos frigidos, moleſtauerit, oleum in quo ruta cepaúe incocta eſt, tepidum auri immittito. Quod ſi hoc inualidum fuerit, oleum in quo turbit decoctum ſit, auditorio meatui inſtillato. Aut oleum liliorum, (cui ad ſingulas uncias, euphorbij recentis & caſtorei utriuſque drachma una exactiſsime leuigata, adiecta ſit,) infuſum non minus iuuat. Porrò ſi ne hoc quidem auxilium præſtiterit, aluum catapotijs coccijs ducito, & laconicum primam balnei partem (in quo ſudorē prouocet) intrare ægrum iubeto. Vinum ſimiliter uetus ac robuſtum illi propinato, reliquamq; uictus rationem calefacientem & incidentem inſtituito. Si uero aurīū dolori adſint ſonitus, tinnitus, et flatus, panicum ſiue milium in frixorio torrefactum, identidem feruidum per ſacculos ſuperaccommodato. Aurem quoq; ægri ad uaporem aquæ, cui mentaſtrū, ſtichas Arabica & ſampſuchus incocta ſint, inclinato. Ad hæc caſtorei & eu-

*Præſtat leuiorib. ante corporis uacuationem uti.*

*Ex flatuoſo ſpiritu.*

E 4 phorbij

©BIU Santé



phorbij, utriuſque pondus quatuor granorũ hordei: in ioſmini olei denarijs duobus diſſolutum, & deinde auri infuſum, ac forinſecus illitum, magnum adfert præſidium.

De auris ulcere. Cap. XXXII.

*Primo ut ulcus mũdet, ſecundo ut cõglutinet, utitur.*

PVre ab aure profluente, mulſa tepida crebro in uno die infundẽda eſt: deinde infrà ſcriptum hoc medicamen, præſenti affectui multum accommodũ, eſt inijciendum. Sarcocollæ, aloës, cinnabaris, thuris, ſingulorum drachma ſemiſſis, ſquamę ferri, æruginis, utriuſq; obolus. omnibus aceto læuigatis, in aurem, quod ſatis eſt, infundatur. Vel linimẽtũ tortile ex linteo, melle imbutum, ac dicto iam liquori intinctum, in aurem mittitur. Aeger quidem tantiſper hoc medicamine, & mulſa, dum auris curetur, opportune uti poterit.

De ſonitu & tinnitu aurium. Cap. XXXIII.

NOnnunquam hoc uitium ob exquiſitum auditus ſenſum, eiuſq; acrimoniam oboritur, cuius certiſsimum indicium

©BIU Santé



indicium putatur, ſi tempore inediæ increuerit, crapulæ uero & repletionis remiſsior fuerit. Hic igitur affectus, cum lenior ſit, ſibi dedicatam curationem nullam expoſcit, niſi forte aggraueſcat. Tũ enim opij grana duo, oleo roſaceo ſoluta, ac in aurem dimiſſa, illi (ſenſu nonnihil ſtupefacto) abunde auxiliantur. Si uero huiuſcemodi affectus capitis grauitatem, & auditus imbecillitatem ſibi comites ſortiti fuerint, oleum ſeminis raphani, & oleum amygdalarum amararum, & oleum roſaceum, in quo caſtoreũ fuerit detritum, auditus meatui inſtillabis. Aurem quoque ad uaporem aquæ, cui ſampſuchus, ſtichas Arabica, abſinthiũ, mentaſtrum & origanum incocta ſint, opportune inclinabis. Et aluum catapotijs coccijs deijcies, & uinum ægrotanti ſubtrahes, parceq; ales.

*Ex euaporatu crudi humoris.*

*Poſt euaporationes olea accõmode inſtillantur.*

*Ad grauem auditum.* Cap. XXXIIII.

CVm autem auditus grauitas hominem occupat, perpendendum eſt, an in aure ſordes (quas à conſiſtentia ce-

BIU Santé



ram nominant) coaceruatæ ſint. Quoniam huiuſcemodi ſordibus ibidẽ inueteratis, pharmacis mihi ſupra ad auris ulcera narratis, aut nitro in aceto ſubacto, aut manuali opera expurgabuntur.

*A crudis humoribus.*

Verũ ſi non ſint ſordibus infectæ, & auditus grauitas poſt copioſam ciborũ ingeſtionem, aut morbum acutum, humores ad aurem in eius iudicatione protrudentem, oborta ſit, aure uaporem aquæ, cui paulo antè dicta icocta ſint, recipies: idq; per infumibulum, quo totus uapor in aurem penetret. Curabis autem id rectiſsime ad hunc modum. Mentaſtrũ, abſinthium, ſampſuchũ, aliaq; ſuperius præcedẽte Capite cõmemorata, in æneo uaſe aqua pleno, & ad hunc uſum idoneo, ore ſcilicet anguſtiore, decoqto, ac deinde infumibulum uaſis ori accommodato, & ne uapor exhalet, linteis infumibulum & uaſis os circumuoluito, ac deinceps aure ſuper infumibili orificium inclinata, uaporem æger uentriculo cibis non diſtenſo recipiat. Prꝫterea collyrium

©BIU Santé



lyrium hoc, deinde auditorio meatui inſtillato. Syluestris cucurbitæ drachma una, nitri ſcrupulum unum, caſtorei, ariſtolochiæ rotundæ, ſucci abſinthij, ſingulorum drachma ſemiſſis, coſti ſeſquiobolus, euphorbij obolus, fellis uaccini quātum ad ſimplicia excipienda ſat eſt. informato ex his collyria: & cum uſus exigit, unum oleo amygdalarum amararum detritum, auri pedetentim ac continue infundito. Hoc enim præſtātiſsimum adfert præſidium dolori, qui ex pituita eſt, & ſibilo, tinnitui ac ſonitui, flatulentos ſpiritus cauſam habētibus. Præterea ſurditati quoq;, quæ uiſcoſorū crudorumq; humorū ſoboles eſt. Porrò ſi auditus grauitas poſt ieiunia, crebrasq; uigilias, oboriatur, & fuerit facies emaciata, & oculi concaui, æger balneum dulcis aquæ petat, & copioſiori potu, ac cibo humectāte utatur, ſomnosq; plures ſibi conciliet. Caput quoque aqua tepida cum oleo humectandi uim obtinēte, donec ſaneſcat, perfundat. Quod ſi à phrenitide hoc genus

*Ex ſiccitate.*

*Ab expurgato humore per criſin*

©BIU Santé

genus uitij inuaſerit, præſidijs Capite de aurium ſonitu deſcriptis, curatur.

*Ad aurium uermes, & animalcula auditus meatum irrepentia.* Cap. XXXV.

CVm auditorium meatum titillatio, pruritus & dolor moleſtant, & uermes inde excidunt, mentaſtri ſuccum, aut foliorum perſicorum, aut oleum nucleorum malorum perſicorũ, aut aloëm in ſucco abſinthij detritã, auri immitte. hæc nanque uermes, & animalcula aurem irrepentia, aut in ulceribus nata, interimunt.

*Ad ea quæ in meatum auditorium incidunt, euellenda.* Cap. XXXVI.

*Cauendum ne illapſum corpus humidorũ uſu intumeſcat, ut piſa, faba*

QVãdo aliquid meatui auditorio infigitur, oleum tepidum illi infundito, & ægrum in balneum potabilis aquæ deducito, atque in eo tantiſper dum mollius corpus eius reddatur, immorari ſinito. Deinde naribus ſtruthium in puluerẽ ſubactum inſpirato: aëremq; per inſpirationem attractum, donec ſternutatio irritetur, ægrotãtem retinere iubeto. huiuſ-

ſcemodi

©BIU Santé



ſcemodi nanque ex ſternutatione & concuſſu, fortaſſe id quod meatui illapſum eſt, eijcietur. Si uero maius fuerit, quàm quod excidere poſsit, forpicula, aut ferro inſtar retuſi hami in aurem demiſſo, operæprecium eſt extrahere. Quinetiã idem quoq; in naribus, ſi uſus expetit, tentandum eſt. Porrò ſi in porum auditorium aqua defluxerit, capite uerſus eam partem, in qua patiens auris eſt, inclinato, in uno pede ſubſiliat æger. Quod ſi nõ excernitur, ſternutationẽ ut præcepi, prouocato: deinde tepidum oleum ſubinde auri inſtillato. Neq; hoc malum parum nos anxios reddere debet, præcipue ſi id quod in aurem inciderit, aut ingreſſum ſit, tetra qualitate pollet. Inde enim grauis cruciatus ſubſequi, & in aure inflammata, ſi intus maneat, conuulſiones adferri ſolent.

*Multi lacerta, capite, auri illigata, ut in alijs, utuntur.*

*Succio utiliſsima eſt.*

## *Ad ſanguinem è naribus erumpentem.*

### Cap. XXXVII.

EX eorum genere, quæ ſanguinis è naribus profluuium ſiſtunt, eſt ſuccus

cus

©BIU Santé



cũs ocimi maioris, in quo camphora læuigata ſit, & naribus ita immiſſus. Auxiliatur enim huiuſcemodi *ſuccus hoc affectu implicari ſolitis, aut ante fluxũ ſanguinis, aut tempore profluuij naribus illitus. Vel accipito gypſum, cinerem chartæ ex linteis præparatæ, gallam, cinnabarim, calcem uiuam, chalcitidem, & hæc ſimul in puluerem detrita, naribus inſpirato. Vel linimentũ tortile ex linteo, his pulueribus albumine oui exceptis imbutum, naribus immittito. Aut alumen ſciſſile, in puluerem longe tenuiſsimum actum, cum pari portione amyli, naribus inſufflato. Quod ſi copioſe ſanguis profluere perſeuerat, brachiorũ partes axillis uicinas, zonis, aut cordulis uincito. Quinetiam ut ſanguinem in cõtrarium melius trahas, fœmora quoque ac teſtes uinculis intercipito. Porrò ſi affectus inualeſcat, inciſa humerali partis illius unde ſanguis profluit, ſanguinem per interualla modice detrahere confert. Siquidem nec hac ratione ſiſtitur, magnas cu-

*Id ex facultate fit, quoniã calidus eſt, nec cruſtam inducit.

curbitulas

©BIU Santé


curbitulas ignitas hypochondrijs, ea parte qua ſanguis fluit affigere, cutemq́ ſi opus ſit leniter incidere, conſiliũ eſt. Medicamen ſiſtendo ſanguini longe efficaciſsimum. Accipies calcem albam & leuem, qua aurifabri uti cõſueuere, & ſubinde tritam, citra cunctationem naribus inſpirabis. † uel linimentum funiculare oui cãdido liquore illitum, eaq́ calce imbutum, narium foraminibus immittes.

† *aliàs, &c.*

Ad *narium cruſtas & ulcera*. Cap. XXXVIII.

CRuſtis, quas Græci ἐσχάρας uocãt, in naribus obortis, ceram et oleum humectans, cuiuſmodi uiolaceum eſt, & gallinaceũ adipem illines. Ad hęc ægri naribus crebro, diebus aliquot, aquæ calidæ, cui emollientia & humectantia incocta ſint, uaporem mane obijcies. Cæterũ cruſtis iam emollitis ac prolabi incipientibus, linimentum tortile aceto acerrimo ſale contemperato intinctum, naſo inſeres, ac cruſtis ipſis acetum cum ſale ſuperaccommodabis, ſiquidem eo aceto exiccatæ, diutius naribus non inhærebunt.

Ob *materiæ ex cauſticorũ uſu aduſtionem.*

©BIU Santé


bunt. Quod ſi ulcera ibidem oboriãtur, unguẽto ceruſſę opportune ea reſtitues, præcipue ſi calidam admixtam habeant intemperiem.

De polypo & ſarcomate. Cap. XXXIX.

*A materiæ affluxu & concoc. & expul. imbecillitate.*

CVm parte interiore narium, caro ſuperflua, mollis, & quaſi laxa & rubra albaúe innaſcitur, & nares quoq; craſſeſcere incipiũt, iamq; dicta carne impleri, humeralem uenam primum incidere iuuat. Deinde linimentum tortile unguento uiridi imbutum, naribus impoſitum bene facit. Eius quidem unguenti libro ſeptimo Almanſori dedicato, Capite ſeptimo, De carnem exedentibus remedijs, meminit. § Conſtat autem æruginis & deſpumati mellis utriuſque uncia, quibus nonnulli addunt ſarcocollæ drachmam ſemiſſem, & ammoniaci tantundem: quæ unà cum ærugine, melle & aceto excipiunt, atque in formã unguenti digerunt. § Verum ſi hoc non uſque adeo efficax fuerit, * medicamẽ mordax ibidem à me deſcriptum, tantiſper dum planè

** Meſtezeberegi Arab. uocant.*

©BIU Santé


planè locus expurgatus exeſusq; fuerit, parti laborãti inducet. Præterea affectui huic nonnunquam ferro, excindendo radicitus carunculam illã, ſuccurritur. At medici id tentantes, interdũ grauiter delinquunt, ac ægrum (affectus differentiã non perpendentes,) in magnum uitium inducunt. Nam in naribus quoque cancer ſubinde naſci ſolet, quem ſine diſcrimine cum polypo confundunt. Quum itaque hoc in loco obortus cãcer, neque mordacia fert medicamina, neq; quæ ferro fit præciſionem: conſilium eſt, leniter illum attrectare, & præſidijs leniẽtibus, & ſanguinis miſſione, & alui ſolutione ipſum tollere. Cognoſcitur uero, an huiuſcemodi affectus cancer ſit, ex eo uidelicet, ſi durus eſt, & uenas tumidas habet, & ad palatum uſq; nonnunquam prorepit. Proinde naribus ſiccis duriſq; exiſtẽtibus, ac nullo ab illis manante humore, ſummopere cauẽdum eſt, ne præſens affectus, aut huic ſimilis, ferro acribuſúe medicamentis iritetur. Verum ſi, quæ na



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 105 sur 255

BIU Santé



ribus caro innaſcitur, laxa molliſq; fuerit, & humores è naribus profluxerint, ac ſi preſſus naſus, mollem, nec tactu durum ſeſe offerat, non metuendũ eſt, quin acrium medicaminum uſu, & ferro ſubueniri illi poſsit.

*De oblæſa olfaciendi facultate.* Cap. XL.

*Ob frigidũ humorẽ organis olfactus impactum.*

QVando ſenſus, quo odores perſentimus, deperditus debiliſúe eſt, & naribus nulla ſuperflua caro increuit, & aër ſolito more per nares attrahitur, & oculi ſenſuumq; reliquorum organa, naturalibus munijs aptè funguntur, naribus puluerem tenuiſsimum ex ſtruthio, †cyclamine, & ſale ammoniaco, inſpirabis. Aegro quoq;, ut nares uapori excalefacti aceti ſubinde admoueat, præcipies. Verum ſi hæc inefficacia ſint, ſubſequens medicamen naribus illinetur. Cuius compoſitio in hũc modum ſe habet. Nigellæ, fellis gruis, cucurbitę ſylueſtris, ueratri albi, ſingulorũ pares portiones. hæc detrita in puluerem, *urina cameli Arabici, quantum ad contegẽdas medicinas

*† Aliàs, artemiſia.*

*Vtilis erit ante localiũ uſum, totius & capitis purgatio.*

** Eius uſũ docet Plin. l. 28. ca. 8.*

©BIU Santé



cinas ſat eſt, excipiũtur: deinde ad ſolem exiccanda repoſita, tandem in paſtillos lentium inſtar, digeruntur. exigente autem uſu, unus illorum oleo † ſampſuchi ſolutus, naribus inducendus eſt. Siquidem hoc remedium, præſenti affectui eſt aptiſsimum. Quod ſi hoc medicamentũ ſuo calore & mordaci facultate, magnũ dolorem excitauerit, oleum ſeminum cucurbitæ domeſticę, narium foraminibus inunges, & capiti aquam calidam liberaliter infundes. Sorbitiones quoque actu calidæ & humectantes, ægro conducũt. ex quorum numero ſunt ptiſana, & furfurum decoctum, eaq́ quæ farina & aliis frumentaceis ſeminibus præparãtur. Et ſubſequens quidem præſidium ad deperditum olfactum efficaciſsimũ putatur, quod in hunc modum conficies. Contertito nigellam prius aceto peracri maceratam, in puluerem tenuiſsimum, et cum ueteri oleo ſubigito, deinde ægri capite (ore aqua impleto) quantum licet retrorſum reclinato, comprehenſi medicami-

*† Varia exẽplaria uaria habent olea, uidelicet ſambuci, & ioſmini.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 107 sur 255

BIU Santé



nis aliquot guttas naribus inſtillato, & laborantem quoad poteſt, aërem ambientem attrahere præcipito, hocq; tribus inſequentibus diebus & ternis uicibus facito. Cæterum ſi ob medicamenti acrimoniam roſio aliqua cōcitetur, ea quę prius dolori utilia præcepi, narib. admouebis.

*De dentium & gingiuarū dolore.* Cap. XLI.

*Ex inflāmatione.*

SI contingat gingiuam unà cum dentium dolore cruentam ſimul & tumidam, & rubro colore ſuffuſam eſſe, tumereq; tumore pulſatili, cucurbitulis ſcoptulis, aut inferiori mādibulæ affixis, ſanguinem detrahito, prius tamen ſecta humerali uena. Deinde ore aliquādiu acetum cum roſaceo, donec tepuerit, retinēdum prębeto: quo eiecto, idem rurſus repetat, ac poſtea ſolum roſaceum frigidum ore retineat. Verum ſi ea ratione affectus nō ſopiatur, ſitq; cum inflammatione uehemens pulſatilis dolor, camphoram unà cum pyrethro contritam, dentium radicibus ad gingiuas applicato, et poſtq̄ puluis defluxerit, à ſaliuaq; elutus fuerit, aliū

*Aëtius in hoc affectu acetum tanquā hoſtilē gladiū uitādum ſuadet, ac aſininum lac probat.*

ſecundo

©BIU Santé

ſecundo diligenter inſpargito. Præterea lanam mollem oleo roſaceo imbutã, denti applicato. Quod ſi dolor non remiſſus aliquando incrudeſcit, grauiorq́ redditur, opij obolum roſaceo læuigato, & illo circumlitam lanulam quàmminime ſordidam, radici affecti dentis adhibeto. Si ne ſic quidem dolor requieuerit, gingiuis ſcalpello leniter inciſis, ſanguiſugas admoueto. Porrò ſi gingiua neq; cruenta, neque tumida ſit, neque pulſatili dolore infeſtetur, & facies abſque inflammatione cernatur, ſed dentium dolor à nauſea, & copioſa ciborũ ingeſtione & cœna ægrum inuaſerit, ægerq́ multis cibis refrigerantibus uſus fuerit, aluum catapotijs coccijs deijcito. Et dolore affectorum dentium radices, ſubſcripto medicamine circumlinito. Quod accipit, pyrethrum, ſinapi, thapſiam Indicam, nitrũ, piper & zingiber: quibus in puluerẽ detritis, dentium radices infricabis. Lanam quoque tenellam melle imbutam, ac illo puluere inuolutam, dentiũ finibus circa

*Ex frigidi humoris affluxu.*

©BIU Santé


gingiuas apponito: prius tamen ore, aceto, in quo pyrethrũ, mentaſtrum, & origanum ebullierint, abluto. Extrinſecus autem panicum, ſiue milium in frixorio cum pauxillulo uini & aceti toſtum, ſaculoq; inſutum, genis accõmodato. Aut piperis puluere melle ſubacto, dentem eiusq; radicem infricato. At ſi hæc inualida fuerint, dentium finibus hãc theriacam ſuperponito. Caſtorei; laſerpitij, hoc eſt ſucci Cyrenaici, piperis, gingiberis, ſtyracis, opij, ſingulorum pares portiones: hæc melle leuigata, denti inducito. Aeger quoque ad tempus à cibo abſtinebit, et ſubinde laconicum primã balnei partem, ut ſudor copioſus erumpat, ingredietur. Et quo minus corpus pituitoſum maneat, ſubinde utiliter æger ſeſe exercebit. Si autem nec ſic dolor ſedatus ſit, ferro candenti dentium radices ſubinde contingito, uel penitus dolentem dentem extirpato. At eroſione tentato denti, medicamenta ſequentia, ut quæ uehementer exedant, imponito, aut

*Ob præſtãtiã ab autore theriaca appellatur.*

*Candentis ſtili uſus, multis probatur.*

©BIU Santé



aut in totum dentem euellito.

*Medicamenta eradicantia & confringentia dentes.* Cap. XLII.

MEdicamen quod exeſo denti immiſſum, ipſius remittit dolorem, ac ipſum † comminuit. Sumito * herbã lactariam fœminam (quam Græci τιθύμαλον μυρσίτην uocant) & piper, his commiſce cedri reſinã, dentiq́ excauato imponito. Medicamen imbecillos ac dolentes dentes eradicãs. Accipito radices mori, radices capparis, pyrethrum, lac tithymali, liquorem uolubilis maioris (qui Græcis κισσάμπελος dicitur) cucurbitæ ſylueſtris radicem, auripigmentum rubrum, his tritis, acetum quantum ut inter ſe cohæreant ſatis eſt, inſpargito. Et deinde aliud acetum unius hebdomadæ ſpacio (ut exacte conglutinentur pulueres) ſingulis diebus pari modo, ut prius, adijcito. Deinde dentes circumquaq́ ſcalpello raſos, prædicto medicamine in aceto detrito decies in die, donec facilè moueantur illinito, eaq́ ratione extrahito.

† *Aliàs, cõſtringit.*

* *Nõnulli Kebekengi ranunculũ interpretãtur.*

*Plurimi pyrethrũ 40. dieb. aceto maceratũ, deinde tritũ denti exeſo imponunt.*

©BIU Santé


to. Aut pluſculis diebus dentẽ fœce aceti acerrimi madefacito, ut mobilem poſtea extirpes. Vel fluuiatiles * ranas, oleo tantiſper dum marceſcant, incoquito. & exigente uſu, dentes prius tamen circumciſos, huiuſcemodi oleo ſubinde illinito: ac ſic dẽtes euellẽdos, iam laxatos, inſtrumento ad id parato, eradicato.

** Potius adeps ranæ uiridis in arboribus degentis.*

### *Ad ſtuporem dentium.* Cap. XLIII.

HVic affectui portulaca & amygdala amara, uel quæ uiribus his reſpõdent, commanducata, auxiliũ præſtant. Sal quoq; ſi eo perfricẽtur, aut cera commaſticetur, non parum iuuant.

### † *Ad dentium refrictionem.* Cap. XLIIII.

*† Aliàs, Ad dẽtes, frigidi contactu indoleſcentes.*

OLeum excalefactum, linteoq; exceptum, admoueto: aut oui uitellum aſſum, aut calentem panem maſticandũ porrigito, aut balſamo oleóue iridis dentes affricato.

### *De linguæ oriſq; ſuperficiarijs ulceribus.* Cap. XLV.

§ SI ulcera ſubrubra ac ſanguinolenta ſint, accipito roſarũ ſeminis, amyli,



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 112 sur 255

©BIU Santé



cinerulæ, lentium excorticatarum, ſeminis portulacę, coriandri exiccati, ſeminis ſenæ ex Mecha aduecti, ſingulorum pares portiones, camphoræ pauxillum. his in puluerem ſubactis, aphthas affricato. Præterea eadem quoque aceto cum roſaceo oleo, et roſacea aqua excepta, ore retinenda præbeto, ſanguinemq́ cucurbitulis, ſcoptulis & faucibus à foris affixis, minuito. At ſi albicantes papulę ſint, ſale & melle illinito, & ſyrupũ acetoſum uocatum, aut muriam, ad oris collutionem porrigito.

*A ſanguine.*

*Ex pituitoſo ſucco.*

## *De gingiuis ſanguine humentibus.* Cap. XLVI.

AD gingiuas ſãguine tenuiore perpetuo fluentes ſanandas, accipito auripigmenti rubri & citrini, calcis, gallarum immaturarum, aluminis, ſingulorum pares portiones. his in puluerẽ ſubactis, & aceto peracri exceptis, informato paſtillos exiguos, & ubi uſus exigit, eorum obolũ ſumito, eoq́ adamuſsim detrito, gingiuas infricato. iam poſtquam puluis ille gingiuis aliquandiu adhæſe-

*A mordaci & erodẽte humore.*

*Vehemens hoc, & cruſtam inducens eſt.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 113 sur 255

©BIU Santé

rit, osq; plantaginis aqua, aut lacte ablutum fuerit, roſaceum oleum ægro retinẽdum præbeto. Eſt enim id præſenti affectui, tum putredini, & herpeti exedenti, qui os infeſtare conſueuit, remediũ præſentiſsimum.

*De laxatione procidentiaue gurgulionis.*
*Cap.* XLVII.

Columella. CVm ægro radici linguæ, aut faucibus uidetur quippiam incumbere, & quando os adaperit, ſeu linguam exerit, eius gargareo laxatus elongatusq; propendere conſpicitur, ſumito compoſitionem ramech ab Arabibus uocatã, in quam gallæ immaturæ, & uuæ paſſæ ingrediuntur, deinde accipito ſalem ammoniacum, ac ea in t nuiſsimum puluerem ſimul redacta, inſtrumènto ad hoc apto, ſuper columellam inſpirato, atque huius inſtrumenti mucroni narrati pulueris momento appoſito, ad columellæ radicem ſenſim contingendã inſtrumentum dirigito, columellamq; eo pauxillũ foras attrahito. Id autem inſtrumenti genus

*Scribonius eius loco gallã cõtuſam habet, quæ in principio erit cõmodior.*

©BIU Santé



nus ab uua attollenda σταφυλήπτ<del></del>ρον dicitur. Aut ſi uoles ex malo punico acido, unà cum ſua carne contrito, gargarizationes parato. Cæterum ſi diutius ita producta propenderit, ipſiusq́; pars ſuperior, qua ſcilicet palato adnectitur, tenuior extiterit, caput uero quo linguam ſpectat uuæ inſtar, rotundum atque orbiculare increuerit, radicitus eam (candẽti ferro ad id parato, ac per * canalem aliquem ori immiſſo) præſcindito. Caueto tamen, ne priuſquam ad eam figuram columella perueniat, eam amputes. ſiquidem talis ſectio interdum tantum concitat ſanguinis profluxum, ut nullis præſidijs ſiſti queat.

*Vua.*

** Archigenes oui putamine utrinq; perfuſo utebatur.*

*De hirudinibus gutturi incidentibus, aut alijs reptilibus fortuito irreptantibus.* Cap. XLVIII.

DVm quis in gutture pruritum titillationemq́; experitur, & ſanguis tenuis & rubicundus modicè inde reſudat, ſuſpicio eſt, hirudinem deuoratam eſſe: præcipue ſi aquã, cui hirudines innatant, hauſerit. Aegro itaque ore magnùm

©BIU Santé

gnùm hiarę, & linguam exerere præcipi to, & linguæ baſi preſſa, fauces ad ſolem inſpicito. Iam ſi ſanguiſugam propè adhæreſcere conſpexeris, ægrotãtem ab ea ad hunc modũ liberato. uulſella, qua tela extrahi conſueuerũt, ſanguiſugæ caput comprimito, ac poſtea ſanguiſugã euellito. Verum ſi conſpectum hirudo fugiat, æger ſubinde ſinapi cum aceto gargarizet: ſiquidem acribus incitata, à loco cui inhæret dimouebit. Vel ex aceto & ſucco Cyrenaico, aut ex ſale, & aceto gargarizationes ad eandem utilitatẽ ægrotanti porriges. Præterea nigellam & ſinapi, trita, gutturi utiliter inſpirabis. Item ex cepæ ſucco gargarizationes præbebis. Cæterum ſi poſt euulſam hirudinẽ, ſanguis fluere perſeuerat, ex iure cui mali punici cortices, balauſtia & rhus coriarium incocta ſunt, gargarizationes parato. Gutturi quoque balauſtiorum puluerem, thus, cinnabarim & amyli inſufflato. At ſi ſtomacho hirudo adhæſerit, medicamina quibus uermes propellun-

tur,

©BIU Santé


tur, propinato. Ex horum quoque genere, quæ hirudines diuertunt, prima balnei domus cenſetur, ſi illi æger tantiſper dum multa ſitis ipſum urgeat, immoretur: ac deinde aquam frigidiſsimam, niue ſcilicet infrigeratam, ore contineat: & quũ aqua tepuerit, eam reiiciat, aliamq́ frigidam in ore recipiat. Hirudo ſiquidem aliquoties frigoris cupida, ad os prorepit.

*De his quæ in os, ſeu œſophagum prolabuntur.*
*Caput* XLIX.

SI quãdo, quod in guttur deuoluitur, illi aut œſophago, tanquam infarcitum inhæreat, ſitq́ id aut bolus aliqs grãdior, aut quippiam illi non abſimile, nimirum quod nec aſperum, nec anguloſum ſit, aut partibus inter ſe diuiſis conſtet, iuuat identidem ęgri ceruicem concutere, ac liberaliter aquam tranſglutire. ea nanq; ratione forſitan ad inferiora illapſum in œſophagum corpus, propelletur. Æger præterea balneum potabilis aquæ ingreſſus, oleum, aut alia emollientia

©BIU Santé


tia ac humectātia bibat, ac deinceps magnos bolos deglutiat. Si uero ne tum quidem in uentriculum procidit, inſtrumentum corporibus ex œſophago propellendis adaptatū, ori immittetur. Eſt autem hoc inſtrumenti genus ex plumbo factū, quodq́ cum longū ſit, retisq́ inſtar confabricatū, in omnem gibboſitatem facile effingitur: ac ea induſtria œſophago inuolutum corpus, in uentriculum protruditur.

*Multi oblōga cerea cādela oleo tepenti intincta utūtur.*

*Ad oblæſum linguæ ſenſum, ac deficientem motum.* Cap. L.

QVando lingua cæteris membris illæſis, torpida redditur, nulla tamen febris, aut alius acutus & ardēs morbus, ægrum infeſtat, ſumito ſalem ammoniacum, piper, zingiber, ſinapi album, pyrethrum, herbæ pediculariæ ſemen, nitrū, origanum, ſaccharum, nigellā, ſampſuchum aridū: ac ex his ſimul in aqua decoctis, gargarizationes parato. interim tamen proſpiciat ſibi æger, ne portionem aliquā huius liquoris deglutiat. Proſunt

*Ex pituitæ affluxu.*

*Rhazes hic ut ſæpius alias, corporis euacuationē factā ſubintelligit.*

quoq́

©BIU Santé


quoque pluribus diebus ieiuno ęgro, col
lutiones ex muria Nabathææ, aut aceto & pyrethro, præparatæ. Vbi uero æger os colluere his ceſſauerit, accipito ſalis ammoniaci, pyrethri, piperis, ſinapis, ſingulorum æqualia pōdera: & his in tenuiſsimum pollinem ſubactis, linguam diu huiuſcemodi puluere infricato.

Quod ſi linguæ ſtupiditatem, auditus, reliquorumq; ſenſuum torpor concomitatur, laboranti præſidijs neruorum reſolutioni dicatis, ſubuenies. Porrò ſi in acutis febribus ſermo difficilis fuerit, uiderisq; cum ſermonis difficultate, extenuatam & breuiorem conuulſamq; eſſe linguam, aqua calida in qua herbæ emollientes humectantesq; ebullierint, ſuper colli uertebras, & aurium principia, ubi ſcilicet mandibularum articulatio eſt, opportune ſuperfundetur. Præterea partes illæ humectante oleo, cuius generis uiolaceum & amygdalarũ dulcium cenſentur, infricādæ ſunt, & ægrotanti oleũ modicè inferuefactum, ore retinendum.

*Ex cerebri conſortio.*

*Animia ſiccitate.*

Et ſi

©BIU Santé


Et ſi multum temporis lapſum fuerit, ex quo ſermo aboleri uiſus fuerit, aut ſi à primo ortu primaue conformatione id euenerit, operæprecium eſt indagare, an ligula faucibus linguam colligans, præter naturam excreuerit. Quod ſi inueneris, parum eam præſcindito, ac uulneri chalcitidis puluerem ad cruſtam inducẽdam inſpargito.

*Hi Græcis ἀγκυλόγλωσσοι dicũtur. Apud Aëtiũ Ser. 8. c. 35. eſt adminiſtratio.*

### *Ad linguam in nimiam molem intumeſcentem.* *Caput* LI.

CVm lingua in tantã molem increuerit, ut ore retineri nequeat, fricanda eſt cepis, aut citrorũ acido ſucco, aut * ribes, aut malo punico acido, donec multa ſaliua defluxerit. Ea nanque ratione decreſcet, priſtinæque formæ reſtituetur. Si uero id tamen non ſuffecerit, aceto & ſale diligenter linguam infricato: & ſi hoc quoque inualidum extiterit, primum ſanguinem ex duabus humeralibus, deinde ex uenis ſub lingua latitantibus, detrahito.

** Veteribus incognitũ. Manardus eius loco rumicis ſucco utitur.*

De tumore

©BIU Santé



*De tumore ſub lingua enato, qui ranula dicitur.* Cap. LII.

TVmore huiuſcemodi maligno ſub lingua accidente, inter initia lingua ſale ammoniaco, & gallis confricãda eſt. Verum eo tumore in uetuſtatem protracto, medicamine cruentis gingiuis dicato, lingua infricabitur. hoc autẽ acre, & cruſtam ulceribus inducens medicamen eſt. Deinde poſt eius uſum, ægrotantem, acetum cum ſale contemperatum ore retinere, utile erit. *Græce βάτραχος.*

*Ad puſtulas ac tumores linguæ.* Cap. LIII.

HIs eiſdem remediјs, quibus aphthis ſupra comprehẽſis, & anginæ medemur, ſuccurritur.

*De angina.* Cap. LIIII.

AFfectum Latinis anginam, Græcis συνάγχην, appellatum, teſtatur inter deglutiendum ac reſpirãdum, percepta difficultas moleſtiaq́;. Qui morbus modo grauior, modo leuior, pro trãſglutiendi reſpirandiq́; difficultatis magnitudine pronunciatur. Quocirca quando *Ex ſanguinis copia.*

G transglu-

©BIU Santé

tranſglutiendi noxę adſunt faciei, & ocu lorum rubor, corporiſq; repletio, in ipſius curationis initio humeralis incidenda eſt, & gargarizatio ex malo punico acido cum ſua carne, præparanda. Vel ex ſucco malorum ſylueſtrium, igne, uel ſole incraſſato, aut rubi fructus ſucco ſimiliter gargarizationem. Et deinde ex roſacea aqua, cui rhus coriarium immaceratum ſit, collutionem porrigito. Poſtquàm hæc triduo diligenter ſint facta, & aluus ſucco fructuum ueluti prunorum, tamarindorum, caſsia fiſtula, manna, (quam ueteres mel aërium appellarunt) fuerit ſoluta, gargarizationes ex decocto ficuum caricarum, et uuarum paſſarum, uel è medulla caſſiæ fiſtulæ cum hydromelite porrigito. Si autem malum longius prorogatur, gargarizationibus & inſpiratione acrium medicaminum, quę infrà ſubijciam, utemur.

*A pituitoſo ſucco.*

At ſi nullo in facie rubore æger ſuffuſus fuerit, & copioſa pituita ab ore profluxerit, ad hæc ſi ægrotans frigida humidaq; temperie ſit, ſtatim

©BIU Santé



ſtatim inter initia aluum catapotijs coccijs deijcito, & acriorem clyſterem Capite de apoplexia deſcriptum, infundito. Sed ſi malũ incœperit, gargarizationes propinato ex ſyrupo acido, q aceto, ſaccharo, & aqua potabili præparatur, uel ex hydromelite & pipere & oxymelite. Temporis uero ſucceſſu ex muria Nabathææ: & deinde quoque ex hydromelite & ſinapi collutiones adminiſtrato. Ex eorũ genere, quæ malignis anginis, poſt aliorum & retrahentiũ & euacuantium uſum, auxilium præſtant, ſunt & ſanguinis ex uenis ſub lingua latitantibus imminutio, & cucurbitulæ, † ſine cutis inciſione, collo affixæ. Sunt præterea collo applicanda epithemata humida ex melle, quod anacardinum ſuprà appellauimus, idq; tantiſper, dum ueſiculæ excitẽtur. Sic quoque ad eundẽ uſum, ex ſinapi gargarizatio utiliter exhibetur. Faucibus autem ſubſequẽtem puluerem inſpirato. Qui accipit ſinapis, ſalis ammoniaci, pyrethri, nitri, ſucci Cyrenaici, piperis,

*Sũmè periculoſæ anginæ curatio.*

*† Alibi, cũ.*

*Hæc omnia inter initia uitare oportet.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 123 sur 255

©BIU Santé



ris, mentaſtri, partes aliquot. hæc in puluerē detrita, faucibus inſufflato, aut cum hydromelite gargarizationis loco porrigito.

De tuſſi. Cap. LV.

*A calid. & ſic.*

Lanjuraba alibi interpretatur et

*Aliqui per muraba uiolas ſacchararo conditas intelligunt.*

CVm tuſſis aſpera & arida cum rubore æſtuq; moleſta eſt, laboranti aqua cui uiolæ immaceratæ ſunt, cuiq; ſaccharum in condimentū adiectum ſit, & ptiſana propinabuntur. fabas quoq; excorticatas, & ſpinachiam uocatā herbam, cum oleo amygdalarum dulcium, inter cibos aſſumet. Aquæ autem, quæ potui porriget, uiolaceus ſyrupus cōmiſcēdus eſt. In ore uero ſub lingua æger retinebit globulos: qui quum ad pellendā tuſſim faciunt, à Gręcis Βήχικαι appellantur. Quorum compoſitio hæc eſt: Succi dulcis radicis, ſacchari albi, utriuſque drachmę decem, amyli, tragacanthæ, amygdalarum dulcium cortice liberatarum, ſingulorum drachmæ quinq;. hæc nucleorum cotoneorum cremore excepta, in globulos redigito. At induſtrium

eſſe

©BIU Santé



eſſe oportet eum, qui medicamẽtum linguæ ſubijcit, ut paulatim eo liqueſcente, larynx id quod in eam defluit excipiat, quod tuſſi reſiſtens optime curabit.

Porrò ſi tuſſi præſens glutinoſi ſputi copia expuitioni cõtumax, noxam inferat, quæ tamen febri & uehementi alui ſolutione uacat, ſubſequẽtes paſtilli infirmo porrigendi erunt. Qui conſtant, ſeminis fœniculi, ſeminis apij, ſucci dulcis radicis, adianti, amygdalarũ amararum, ſingulorum æquis portionibus. hæc ſimul lini ſeminis ſucco excepta, in paſtillos digeruntur, quorum denarij tres offeruntur. Decoctũ uero, quo in propoſito affectu utimur, quoq́ iam comprehenſos paſtillos ægrotanti eos exhibituri, læuigamus, Capite quo diſtillatiõis ſubſidia ſcribuntur, præceptum eſt. illi tamen drachmæ quinque adianti, & hyſſopi momentum opportune in præſenti affectu, adijciuntur. Si uero eò uetuſtatis & maliciei tuſſis deuenerit, ut laborantem uigilijs excruciet, globuli ex ſtyrace illi porrigendi *A pituitæ copia.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 125 sur 255

©BIU Santé



gendi ſunt. Qui recipiunt, myrrhæ, ſtyracis, opij, ſingulorum pares portiones, finguntur ex his globuli lupinorum inſtar: & horum unus, aut alter ore ſub lingua retinẽdus, (ut eliqueſcẽs deuorari queat) offertur. Aut quum ab huiuſcemodi globulis abſtinetur, dormituro ægro ſyrupi papaueris uncia, uel albi papaueris ſemẽ cum ſaccharo, ad manducandum præbetur. Is autem qui hoc malo corripitur, ab omni acidorum, ſalſorum, auſterorum acriumq́ eſu, coarcendus eſt. Suffumigatio ad ueterẽ tuſſim, fœtidaq́ ſputa efficax. Sumito ariſtolochiæ, myrrhæ, ſtyracis, galbani, ſingulorũ pares modos, auri pigmenti rubri quantũ omnia pendent, hæc in puluerem ſubacta, butyro uaccino ſubigito, ac ex eis probe mazas pilæ inſtar, cõfingito: & quum uſus exegerit, ieiuno ægro harum unam carbonib. ſuperpoſitam, per infumibulum ſuffito.

*7. Secundũ locos, habes generoſum diacodyon.*

*Mirificè exiccat.*

## *De difficultate ſpirandi, quàm Græci* ἄσθμα *appellant.* Cap. LVI.

DVm quis crebra tuſſi correptus, fre-

*A glutinoſa pituita pulmonis meatib. impacta*

©BIU Santé

frequenter reſpirat, quemadmodum ſolent citatiore curſu, aut uehementi exercitio fatigati: & quando ſupinus decumbit grauius, dum uero recta ceruice ſedet minus afficitur, ſubſcriptum decoctũ illi propinãdum eſt. Accipit autem ficuum caricarum drachmas decem, palmularũ pinguium ac recentium, ſeminis apij, ſeminis fœniculi, adianti, dulcis radicis, hyſſopi, marubij, ſingulorum drachmas quinque. incoquũtur ſimul tribus libris aquæ dulcis ad duarum librarum euapo rationem, & deinde percolantur. Huius decocti iuris ſuſpirioſus triduo uncias quinque bibet, adiectis interim ſubſcriptæ cõfectionis drachmis tribus, quæ ad hunc modũ ſe habet. Dulcis radicis ſucci, hyſſopi, adianti, ſingulorũ drachmæ decem: cardamomi, piperis, amygdalarum amararum, ariſtolochiæ rotundæ, ſeminis urticæ, ſingulorũ drachmæ quin que, mellis deſpumati quod ſatis eſt. Cõfectio hæc eijciendis è thorace recremen tis quãmaptiſſima eſt, quocirca ſeptima-

 na

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 127 sur 255

©BIU Santé

na una continuo utiliter æger ea utetur. Deinde poſt ſinapis & mellis eſum, uomitus iritandus eſt, aluusq́; catapotijs his ducenda. Accipiunt autem, agarici quãtum pendent hordei grana octodecim, cucurbitæ ſylueſtris carnis grana ſex, ſucci cucumeris aſinini quantũ pendent hordei grana quatuor, dulcis radicis ſucci ſeſquidrachmam. finguntur ex his catapotia, quæ uni propinationi ſufficiũt. Poſt hæc decoctum unà cum confectionis uſu repetendum eſt. Poſtremo uomitum quoque & uẽtris deiectionem reiterare conuenit. Et hæc uniuerſa quoad ſanitati æger reſtituatur, ſunt tentanda. interim uero, à craſſorum & acidorum & auſterorum eſu, ægrotus diligẽter arcendus eſt.

## *De laterali dolore, qui πλευρῖτις Græcis dicitur.* Cap. LVII.

*Pulſus his adeſt durus & ſerratilis cũ ſpirãdi difficultate.*

CVm quis in membrana coſtas ſuccingente, dolore punctili laborat, præcipue ſi tuſſis ſicca & febris illũ concomitentur, competit, ſi dolor, qui à ſumma

©BIU Santé



ma humerorum compage ad extremas coſtarum cartilagines eſt, uſque ad clauiculam peruenit, ſanguinē ex axillari eius partis, quam dolor infeſtat, minuere: niſi forte uniuerſum corpus ſanguine plenū plethoricumq́ fuerit. Tunc enim ex latere oppoſito ſanguinis detractio, celebrabitur. Porrò ſi morbus ad dies aliquot ægrum adflixerit, fluxusq́ cōſtiterit, ſanguis miſſus ex cubito affecti lateris, remedio eſt. Si autem ad inferiora coſtarum interualla circa hypochondria dolor deſcenderit, aluus decocto, Capite de diſtillatione comprehenſo, ducenda erit. Cæterum ueriti turbationem, quam purgatio accerſere ſolet, præſtabit uenam incidere, deinde hordei decoctum cui ſaccharum admixtum ſit, in potu propinare. Quod ſi tuſſis admodum arida ſit, mane ſingulis diebus iuleb uiolatum porriges. Deinceps uero hordei decoctum ægrotanti non inutiliter præbebis. Et ſi ægri uires deiectæ fuerint, pane modice fermentato, ac quàm

*Hip. et Gal. ac alij Græci ferè oēs, affluentem ſanguinē in contrarium reuellētes, atq; iam in partē affluxum à loco uicino unà deriuātes, è directo lateris affecti uenā etiam in corpore plethorico, ac inter initia, opportune ſecant. aliter quā Arab. & eorū ſequaces, quos αἱμοφόβες merito q̄s ob id appellauerit.*

*Officinæ quaſdā mazas ex farina, amygdalis, ſaccharo, & roſarum aqua, ad delitias parant.*

©BIU Santé

quàmminime ſalſo, frigidaq́; abluto, ſimul cum ſaccharo, eum cibabis. Robuſtis autem uiribus, hordei ius uſque ad diem quartũ ſufficiet. Vbi uero iam ſputa deijcere ægrotans cœperit, decocto ad diſtillationes curandas ſuperius deſcripto, perpetuo ante hordei decocti potũ, donec reſtituatur æger, uteris. Porrò ſi febris, uehementiaq́; morbi perſeuerauerint, atque ægre ſputa educere ægrotus ualuerit, decoctum capite de reſpirandi difficultate comprehenſum præbebis. Quod etiam dum æger ſaniem expuet, utiliter adminiſtrabis. Cæterum ſi inter morbi initia ſputa ualde nigra flauaúe apparuerint, & ita continuata fuerint, et neque febris, neq; calor ante ſeptimum diem ſe remiſerint, haudquaquam affectus timore uacat. Preterea ſi preter hec, eadem ſpirandi difficultas permaneat, et ſimul audiatur in thoràcis cauitate murmur aliquod, ſimiliter ſi genæ ac oculi multo rubore ſuffunduntur ac dolent, affectus in maturam mortẽ præcipitat.

Quod

BIU Santé



Quod ſi lateris parte exteriori, rubor aliquis ſuffuſus, tumorúe conſpiciatur, & locus affectus tactu indoleſcat, ad cucurbitularum uſum (antè ſumma cute leniter inciſa) properandum eſt. Aut emplaſtrum ex ſinapi & ficubus recte, donec modice locum exulceret, imponetur. § Prius tamen opportuna uenæ ſectione, aut purgatione, quæ huic malo idonea eſſe poſſet, & humoris affluxi leni reſolutione, tentatis. § Sanè ex imperitorum Medicorum hallucinatione, multa huic malo accidunt augmenta, ueluti quum in membrana coſtas ambiente, craſſos flatus infartos coniecturantes, confectionem diamoſchum appellatam, aut huic in diſcutiendo & incidendo uiribus parem, intempeſtiue porrigunt: ſiquidem ea ratione medicandi, ægrum plane iugulant. Affectus porrò, qui in ſpurias coſtas integente membrana, ex inflammatione oboritur, Arabibus Perſica dictione birſen (quaſi thoracis noxa) dictus eſt.

*Nothæpleuritidis curatio.*

De

©BIU Santé



## *De pulmonum inflammatione, quæ* περιπνευμονία *Græcis dicitur.* Cap. LVIII.

QVando hominem febris ardẽs corripit, tantaq́ inter ſpirandum difficultas oboritur, ut ſe ſtrangulari exiſtimet, & quum tanto rubore malæ ſuffuſę ſunt, ut tinctę uideri poſſint, ac dum tuſſis et thoracis parte anteriori diſtẽſio, & thoracis grauitas (tamen abſque dolore punctili) prę munt, quodq́ per ſputa deijcitur ſpumoſum eſt, is æger, ſi omnia concomitentur, ualentem ac acutam pulmonis inflammationem ſuffert. Quod ſi quoque pelliculæ ipſius, quæ cum thorace ſecundum ipſius longitudinem ſunt connexæ, inflammentur, etiam dolorem punctilem æger percipit. In curationis itaque initio e uena axillari § dextra § ſanguinis detractio prodeſt. § Nam ſola ratione plethorię, aut affluxuri humoris, uena pertuſa, in hoc affectu iuuat. Nihil enim à pulmonibus cordisq́ dextro uentriculo uenæ ſectione educi poſſe, membranarum dextri uentriculi cordis, anatomica

*Aëtius in utroq; cubito per interuallа ſecat.*

©BIU Santé


anatomica adminiſtratio apparẽter demonſtrat. § Deinde poſt uenæ ſectionẽ, reliqua curatio iiſdem, quibus pleuritidi medemur, tentanda eſt.

## De cruentis ac purulentis exputionibus.
## Caput LIX.

SAnguis ſi ſcreatu, aut pauco ſtrepitu, qui abſque tuſſi eſt, educitur, nullus erit inde ægro metus, ſiquidem aſtringentibus & humorum impetum reprimentib. gargarizationibus, in Capite ad anginam præceptis, & ratione uictus tenuiori, ſanari poterit. Ex faucib. Vomitu quoque ſi erumpat ſanguis, nec inde ingens ęgro formido incuti debet. Ex uentriculo. Venæ ſectione namque, & aſtringentium uſu, quale omphacinum eſt, & rhus obſoniorum, atque his perſimilibus, perſanari hoc uitij genus poterit. Diuerſis inuxi ſcopis uarias uenas in hoc affectu incidimus. Sumito itaque lapidis Armenij, gummi Arabici, balauſtiorum, cinnabaris, thuris, omnium æqualia pondera, & horum drachmas tres ſimplici diſcocto cydoniorum ſucco ſubactas, propinato.

A quibuſdam uero ſanguis, per circuitus

©BIU Santé

tus quoſdam, expui cõſueuit. unde non modo nulla noxa illis imminet, uerum etiam id ualetudini multũ prodeſt. Proinde is minime ſupprimendus putatur.

*Ex pectore, à uena rupta, croſa, aut aperta.*

Sin autem cum tuſſi ſanguis prorumpit, non immerito formido nos occupat: nihilominus tamen ægri curationem, uenæ axillaris ſectione incipies, partita interim ſanguinis miſſione. Deinde ſubſcriptos paſtillos potui porriges. Qui cõſtant, thuris, cinnabaris, utriuſq; drachmis tribus et ſcrupulo uno, ſuccini drachmis quinque, lapidis hæmatitis, *terrę ſigillatæ, utriuſque drachmis decem, aluminis drachmis duabus cum ſemiſſe, balauſtiorum drachmis tribus, opij drachmis duabus, rheobarbari Seni tantundem. ex his portulacæ ſucco aſperſis, informantur decem paſtilli, quorum quoti die unum ſucco ocimi maioris, aut portulacæ læuigatum, propinabis. Atſi uehementior morbus extiterit, ſanguinisq; eruptio incrudeſcit, alterum paſtillum, ægro ſomnum inituro, porriges. Crura quoq;

** Carent noſtræ officinæ uera.*

*His præcipue ne tuſſiãt, proſpici debet.*

BIU Santé



quoque circa inguina, & brachia ad ſcoptulas, aut potius in tenuiorib. partibus (utpote magis neruoſis et dolorificis) uinculis intercipito, ac unà ſummas extremasq; partes ad reuellendum ſanguinẽ, fortiter infricato. Pectus quoque, præcipue ſi dolore quopiã iritetur, epithematibus ex paulo antè comprehenſis paſtillis, aceto & aqua ſubactis, præparatis, crebro illinendum eſt. Aegri quidem cibis, rhus obſoniorum & omphacinum, eiſq; perſimilia admiſceto. Item *terram ſigillatam, interpoſitis interuallis ſubinde cõmanducandam præbeto. Inter decubitus autem, ſupinus, ac propemodũ (abſque dolore tamen) erectus, maxime neceſſarius, ac perquàm utilis eſt.

*Nos lapide Armenio portulacæ ſucco macerato, utemur.

## *De tabe, quæ φθίσις Græcis dicitur.*

## Cap. LX.

SI quis partiũ colliquationem à tuſſi, quæ ex diuturno morbo ſit, aut poſt crebra cruenta ſputa, aut multas puris re iectiones patitur, illi lac aſininum utiliter potandum porriges, at ſi eius lactis facul tas

*Propriè pulmonum eſt exulceratio.*

*Gale. humanũ lac præſtantiſſimũ eſſe aſſerit.*

©BIU Santé


tas nõ detur, caprinum, cui ſacchari momentum commixtum ſit, offerto. Quod etiam poſteaquam aliquid panis illi adieceris, ægro eſui dabis. Quinetiam ſi huiuſcemodi generis lacte capiũ, illud quoque aquæ loco, quoties ſitit, propinabis. Interdum tamen, tenue ac temperatum uinum potandum exhibebis. Cibum uero ex auium & hœdorum carnibus administrabis. Aegrotus præterea ieiunus & à cibo, balneo haudquaquam calido, ſed tepente utatur, ſolioq; dulcis aquæ diutius immoretur. Et inter cętera, ne aluus fluat turbetur úe, diligenter præcauere æger debet. Si quidem ſoluta fuerit, huius pulueris potu conſtringetur. Accipit autem, gummi Arabici, * ſpodij, lapidis Armenij, ſeminis myrti, ſingulorum partes æquales. ſubiguntur omnia in puluerem, & eius uno die drachmę tres cum ſyrupo albi papaueris, & myrti ſucco diſcocto exhibentur. Hic puluis ad hũc modum in potu adminiſtratus, eos qui tuſſi & cita aluo laborãt, ſtrenue iuuat. Verũ huic

* *Subſequẽtibus capitibus noſtrates officinæ ebur cõbuſtum accipiunt.*

BIU Santé


huic interdum, ut maiorem aſtringendi uim obtineat, utiliter adijciuntur * xylocaractæ ex Syria, & bdellium ex Mecha aduectum. Porrò ſi è lactis uſu in febrim æger rapiatur, ptiſana pota ſubſtracto lacte bene facit. Verum febre cõquieſcẽte, ad lactis uſum rurſus ꝓperandum eſt. Si aũt denuo febris moleſtauerit, lac fugiendum eſt, & ptiſana quouſq; febris abigatur offerẽda: qua iterum propulſa, lactis uſus repetitus prodeſt. Hęc quandiu neceſsitas urget, quadam uiciſſitudine ſunt facienda. Interea uero ſummo ſtudio, ne aluus lubrica fluat, proſpiciendum.

*Sunt quorũdã aſtringentium lignorũ putamina.*

*De cordis palpitatione. Cap. LXI.*

SI febris pulſusq; uelox cordis tremorem concomitãtur, ęgro axillari dextra ſecta, ſanguinem detrahito, & potui paſtillos ex camphora, ſucco malorum acidorum læuigatos, in potu præbeto. Hi accipiunt ſpodij, ſeminis cucumeris citrinati, intybi, lactucæ, portulacæ, roſarũ, ſandali albi, omnium æquas portiones, & horum ſingulis drachmis,

*A calida occaſione.*

H adijcito

BIU Santé


*Videtur Rhazes cũ Græcis in his uitijs parum tribuiſſe croco.*

adijcito camphoræ pondus trium granorum hordei, ac his omnibus malorũ ſylueſtrium acidorum ſucco detritis, informato paſtillos, & eorũ quotidie duabus ſeptimanis continuis, drachmam unam malorum ſylueſtrium acidorũ ſucco detritã, in potu porrigito. Porrò ſi hæc præſidia morbo ceſſerint, lac ex quo butyrũ preſſum eſt, ne forte continuus paſtillorum uſus noceat, potui prębeto. Alimenta uero erũt, pulli ex aceto, & uuæ immaturæ ſucco, aut alio quopiam acido condimento elixi. Syrupus quoque acetoſus appellatus, qui ex ſaccharo apparatus ſit, potui utiliter daẽ. At ſi cordis palpitatio febri uacat, ex moſcho compoſitos paſtillos in potu offeres. Qui recipiunt, maſtiches, ſpicæ, ligni aloës, cinnamomi, caryophylorum, galliæ moſchatæ, nucis myriſticæ, * cubebe, cardamomi maioris & minoris, corticis citri, ſingulorum ſeſquidrachmam, moſchi obolum. his uino odoro aſperſis, informato paſtillos, qui ſyncopi ac cordis palpitationi

*A frigida cauſa.*

** Nõ conſtãt inter ſe Arabes. nos ſub eo nomine ſemina acria habemus.*

©BIU Santé



tioni ſtrenue auxiliantur. Electuariũ ex moſcho ſumptuoſum, defectui animi, triſtitię, cordis palpitationi & faſtidio utiliſsimum. Maſtiches, cinnamomi, ſeminis ocimi maioris, ſeminis ocymi citrinati, ſeminis meliſſę, ſeminis ſiſymbrij, ſeminis ſampſuchi, piperis longi, ſingulorũ par pondus, ex his omnib. in puluerẽ redactis, drachmæ decem ſumũtur. margaritarum cõminutarũ, corallij rubri, * cubebe, bombycis crudæ, hoc eſt nondũ in filum cõtortę intextæq́ꝫ, ſuccini, been albi & rubri, folij Græcis μαλαβαθρον dicti, ſingulorũ quoq; drachmæ decẽ, moſchi Tubabetici ſyncerioris ſedrachma. omnia hæc, melle maceratarum myrobalanorum chebularum excipito. Hoc ſanè electuarium uentriculi frigiditati, ac concoctricis imbecillitati, mirum in modum prodeſt.

** Noſtrarũ officinarum ſemen propoſito non eſt inutile.*

### De cholera, morbo. Cap. LXII.

QVando dolor punctilis atque erodens, tormina, & nauſea aliquem inuadunt, & ſi his adſint, aut ſubſequantur

*A bilioſi humoris copia.*



tur

BIU Santé


† *Aliàs, &, ut Paulus ac Aëtius habent.*

tur uomitus, † uel uentris per inferiora turbatio, aqua modice inferuefacta copioſiſſima crebro propinari debet: deinde uomere oportet, digito, aut pinna ori indita. Item alui ductione adiuuandus eſt ſtomachus. Sin autẽ uomitus, & alui fluor non conquieuerint, ad tepentem aquam rurſus confugiendum eſt, bilioſo enim humore circũcirca adhærente, unà cum aqua reiecto, ſtomachus elotus, ac leuior redditus, oblatum ſibi cibum retinet. Quocirca ubi morbus remitti cœperit, æger in balneum potabilis aquæ deducatur: cui unius horæ ſpacio, aut pro uirium robore, immoretur. Egreſſus autem balneo, & cibis cõcoctu facilibus, ac boni ſucci, ut pullorum carnium expreſſo, & uino ſubaſtringente enutritus, ac præcordijs oleo ad id idoneo perunctis, ſomnum ſibi conciliare debet. Et licet immodica uentriculi perturbatio, ſuprà infraq́; ac reliqua grauia ſymptomata ſuperueniant, non ideo animus abijciendus erit, quin potius medicinis ſubſequẽtibus

*Humores ad ſuperficiem retrahit, ac exiccatiũ uacuatiõe corpus humectat.*

*Relicto morbo, ſymptomatum curatio.*

©BIU Santé



tibus malo auxilium ferendum eſt. Initio itaque paſtilli ex thure, aqua, aut niue, & malorum punicorum diſcocto ſucco læuigati, ſemel propinandi ſunt. Qui, ſi uomitus ingruerit, ſecundo quoque porrigentur. Ad hæc extremas quoq; brachiorum & fœmorum partes circa inguina, uincire oportet. Præterea aquā niue infrigidatam, cruribus & pedibus ab alto inſtillare, ac etiam in gelidam aquam eas extremas partes immittere, illicq; immorari, ſtrenue auxiliatur. Venter porro epithematis, quæ ſandalis, roſis, camphora, gallia moſchata, ſimul roſarum aqua aſperſis, cōficiuntur, irrorādus eſt. Confert item linteum aqua roſacea niue refrigerata immerſum, ſi uentri opportunè, poſt epithematum illinitionem apponatur. Quod poſteaq; tepuerit, ne concalefactum noceat, abijcietur, et aliud in eius locum ſuperaccōmodabit. Aut cataplaſma ex palmulis, cum uitis agreſtis floribus, & acacia, item hypociſtidis & mali punici ſucco, eſt inducēdum. Porrò pau

*Paulus hæc calida fieri præcepit.*

H 3 latim

© IU Santé

latim uinum uetus decocto malorũ punicorum ſucco temperatum, propinabitur. Et quotienſcunq; æger id euomuerit, toties aliud poſt modicum interuallũ offeremus. Cibus autem panis malorum punicorum ſucco maceratus, unà cum uino ſubaſtringente erit: quem ſi uomitu eructet, rurſus quouſque uomitus ſedetur, alium porrigemus. Si uero animi deliquio ob ingentẽ euacuationem, diſſolutis ſcilicet ſpiritibus, æger corripiatur, moſchum hordei grani inſtar, uino †leuigatum, dare prodeſt. Proinde ſi os clauſum teneat, ui aperiendum eſt, & uinum id infundendũ. Sic quoque hœdorum & pullorum carnium expreſſum, & mali cydonij ſuccus, uino commixta, utiliter porriguntur. Præter hæc, ante ægri nares aſſos pullos diſcerpere iuuat, ſi modo carnium uaporem non abhorreat. Thus quoque, ad uentriculi retentricem facultatem corroborandam, ore commanducandũ, ut paulatim ęger id tranſglutiat, dandũ eſt. Poſtremo * bolus Coraceſius

*† Alibi adijcitur, uel rob granatorum.*

** Pli. ut opinor, Tauri lygdinũ lapidẽ uocat.*

BIU Santé



racesius camphora conditus, & in puluerem adamuſſim tritus, atque cum aſtringẽte uino porrectus iuuat. At omnibus, quæ huic malo commoda præcepimus, præsidijs, donec uomitus ceſſet, uentriculusq; alimentum ſentiat, erit inſiſtẽdum. Poſtquam uero uentriculus cibum amplecti cœperit, cibandus eger eſt, & modicum uini ueteris ac odori, potui porrigendum, ſomnusq; ad reſtituendas uires conciliandus. Paſtilli ex thũre, uomitui ſacri. Boli *Coraceſij, thuris, amborum drachmas decẽ *cubebe, cardamomi, utriuſque drachmæ duæ cum ſemiſſe: camphorę, galliæ moſchatę, caryophylorum ſingulorũ obolus. his rumicis ſucco detritis, informato paſtillos pondere ſeſqui drachmæ, ad uomitum mire efficaces.

*Nos noſtro Armenio, & acri ſemine utemur.

Decoctione quidem mali punici ſuccum incraſſatum, ad hunc modum apparabis. Sumito malorum punicorum acidorum ſuccum, ac per noctem, pauloue amplius, quod craſſum eſt, in fundum re ſidere ſinito. deinde quod purius eſt, tan



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 143 sur 255

BIU Santé

tiſper dum mulſi ſpiſſitudinem accipiat, decoquito, & diligenter ſpumam detrahito, ac dein ſucco ab igni remoto (tamẽ adhuc calenti) †menthę uiridis coliculos illi iniјcito, eoſq; cum ſuccus iam refrigeratus eſt, extrahito. Ad huius formã cydoniorum malorum, & malorum ſylueſtrium acidorum ſyrupos, ad retentricis facultatis robur augendum efficaces, fieri decet. Si autẽ uomitus aliquoties plurimum inualuerit, proruperitq;, cucurbita magna cum multa flamma, ori uentriculi affixa, ac ui abſtracta, eaq; ſecundo ac tertio agglutinata, plurimum ægro auxiliatur.

*† Aliàs, myrti.*

De uentriculi imbecillitate. Cap. LXIII.

VEntriculi imbecillitas ſi cum modica ſiti, & longa cibi in uentriculo mora, ructibusq; acidis, ægrum affligit: & ſymptomata hæc pauca, neque admodum uetera ſint: uentriculus paſtillis ex roſis confectis, ſanitati reſtituetur. Quorum ęger ſingulis diebus mane denarios duos, & totidem obolos, cum uncia ſemi num

*Ob frigidã diſtemperiem.*

©BIU Santé

num incidẽtium decocto diſſolutos, deuorabit. Seminum autem decoctum in hunc modum præparatur. Cumini Nabathææ & ammeos utriuſque drachmæ duæ, in mina aquæ tantiſper dum ea rubeſcit incoquuntur: de qua deinde cum paſtillis ex roſis ægro mẽſura ſuprà comprehenſa propinatur. Paſtilli uero ex roſis, accipiunt pulueris roſarum rubrarũ drachmas tres: ligni aloës, ſpicæ, maſtiches, caſię ligneę, iunci odorati, floris cinnamomi, abſinthij, ſingulorum drachmam unam. hæc uino ueteri conſperſa, in paſtillos rediguntur. Verum interim æger alendus eſt cibis quàmminimũ humectantibus, & concoctu facilibus, parumq; excremẽtitijs. ex quorum genere pulmenta aromatibus & odoratis incidentibusq; ſeminibus præparata, & alij qui ſimul & calefaciunt & incidunt cibi, ſunt. Aegrotanti præterea ante cibum multa exercitatio, minorq; ſolito aquæ frigidæ uſus, & poſtquam cibus in uentriculi fundum deſcenderit, profundus

 ſomnus,

©BIU Santé

ſomnus, illito prius uẽtre oleo nardino, magnopere iuuant. Vino autem ueteri & mero parce, ne cibus in uentriculo fluctuet, utetur, atque omnino uictus rationem extenuabit. Quod ſi hæc ſymptomata inueterauerint incruduerintq́ꝫ, electuarij ex cumino, & electuarij ex thure, utriuſqꝫ ſeſquidrachma, cum uncia uini ueteris ac meri diluta, recte exhibebitur, & uictus ratio eadẽ cum paulo ante præſcripta inſtituetur. Electuarium ex cumino. Cumini Carmaniani drachmæ centum, zingiberis drachmę uiginti * piperis drachmæ decem, foliorum rutæ, nitri naturalis & integrioris utriuſque drachmæ decem, omnia deſpumato melle excipito, & huius antidoti, ſi aluus non reſpondeat, portionem aliquam porrigito. Sin autem cita ſit, electuariũ ex thure præbeto: cuius cõpoſitio infrà Capite de uentris profluuio deſcribit̃. § Sed ſi aluus neque nimis ſtricta, neque plus iuſto ſoluta fuerit, utrunqꝫ electuariũ, ut iam diximus, offeret̃. § Porrò ſi hæc inefficacia ſint,

*A maiori cauſa.*

** Alibi, albi additur.*

©BIU Santé

ſint, ferri recrementum uino læuigatum, aut potius quæ ex eo eſt, compoſitionem dato. Præparabis quidem ſtercoris ferri compoſitionem, ad hunc modum. Semi nis apij, ſeminis fœniculi, aniſi, cumini, ammeos, * aniuden, origani, liguſtici, ca ri, ſeminis coriandri, piperis nigri, piperis lõgi, cinnamomi, thuris, ſpicę, caryophylorum, nucis myriſticę, cyperi, zingiberis, ſingulorum ſeſquidrachma, ſtercoris ferri drachmæ quindecim. omnibus uini centuplũ addito, & ad dimidias decoquito, percolatoq́; Eius percolati medicamenti ægrotanti drachmas triginta ex uino adminiſtrato, ac unà uictus rationem tenuiorem inſtituito. Hæc tribus ſeptimanis commode repetuntur, & recte ab acidis & recentioribus fructibus, & frigidæ aquæ potu, abſtinetur, uinumq́; moderate utiliter propinatur. Cataplaſma ad uentriculum calefaciendũ corroborandumq́; multum efficax. Sumito ſtyracem, ſpicam, iunci rotundi florem, abſinthium, calamum aromaticum, maſtichen,

* *Arbor eſt apud Auic. ſub nomine Aſſæ.*

BIU Santé

ſtichen: & ea uino ueteri & cydoniorum ſucco aſperſa, in cataplaſma uentriculo ſuperinducendum, dirigito. Ad hæc optime facit uentriculo, ex oleo nardino & cyprino frictio, illinitioq́;. Quinetiã & lana ſuccida prædicto oleo tepẽte imbuta, linteoq́; uentriculo ſuperligata, multum iuuat. Potui autem ægrotanti uinum uetus calidũq́;, aut hydromel propinabitur. Mane uero ægrotante ieiuno, aut ſaltem tribus horis ante cibum, diacydonium (Arabibus miua appellatum) mediocris myſtri modo dandum eſt. Apparatur autẽ ex malis cotoneis pharmacum hoc modo. Ex malis cotoneis maiora iucundioraq́; & minus acerba, quæ uidelicet ſtruthia appellant̃ eligito: expreſſumq́; eorũ ſuccũ, diem & noctẽ totam, quo reſideat, relinque, deinde eo percolato, ex puriore ſucco partes duas ſumito, ſacchari partem unã, uini ueteris unam: & lente ſupra prunas, donec mellis ſpiſſitudinem recipiãt, decoquito. (hac enim craſſitudine, ſtomachica medicamenta
præparari

©BIU Santé



præparari ſolẽt.) deinde ſpumã diligẽter auferto. Poſtea ad ſingulas totius libras accipies, zingiberis, ſpicæ, cinnamomi, caryophylorũ, ſingulorũ drachmã unã, maſtiches drachmas duas: quæ omnia in puluerem tenuiſsimum detrita, lineoq; panno illigata, adhuc feruenti decocto inijcies, & quum à prunis amotum refrixerit, linteum diligenter expreſſum eximes, ac medicamen ad hũc modum uſui futuro recondes. Quod ſi concoctionis offenſæ adſint, cibi faſtidiũ, nidoroſi oletoſiq; ructus, & ſitis uehemens, uocatum cotoneorum malorum acetoſum ſyrupum propinabis, quem ad hunc modum conficies. Succi cotoneorum acidorum pars una, ſacchari albi totidem, aceti albi ac perlucidi quarta pars, omnia ſimul tantiſper dum iuſtam ſpiſſitudinem obtineant, decoques. Sanè hic ſyrupus uentriculum corroborat, & prętерquam quod eius munia ad actionẽ excitat, uehementem quoque eius inflammationẽ & ęſtum mirifice reprimit. Aegro autem cibus,

*Gal. & Alexan. pulueres inijciũt.*

*A calida intemperie.*

BIU Santé

cibus, qui ſimul & acidus ac auſterus ſit, preparabitur. cuius generis eſt caro cum immaturarũ uuarum & malorum ſylueſtrium acidorum expreſſo, & * ribes decocta, & columbæ quoq; uentrem mentha infartum habẽtes, cum momento ſalis & omphacino decoctæ, aliaq; acidita te & auſteritate his correſpondentia, alimenta ſunto. Præterea puluis hic crebro ſumendus offertur. Qui accipit, roſarum rubrarum drachmas decẽ, ſpodij drachmas tres, ſeminis coriandri drachmas quinque. huius pulueris drachmæ duæ ſucco malorum punicorum acidorum, & ſyrupo acetoſo cydoniorum inſparſæ porriguntur. Cæterum ſi paulo ante dictis ſymptomatibus corporis macies inflammatioq; adſint, laborãti lac & hordei decoctum propinetur, ac herbis humectantibus refrigerantibusq;, ex quorum genere lactucæ, maluæ, cucurbitæ & citrinati cucumeres ſunt, æger enutrietur, non nimis liberaliter tamen. Iam etiã hœdorum & lactantium agnorũ carnes, &

** Nos Aceтоſa uocata herba utemur.*

*A ſicca & calida intemperie.*

©BIU Santé


& recentes in petroſis aquis degentes piſces, ægro ex uſu ſunt. Ad hæc balneum dulcis aquæ, tepentis, quotidie conſcendat, ſolioq́ ad tempus inſideat. Vinum etiam perlucidum & perquam dilutum bibat, ac ſubinde quieti ſe det, motumq́ omnem & exercitium fugiat. In ſumma, uictus ratio, ac reliquum uiuendi genus tale ſit, quod obœſitatem pariat. Sed ſi hunc affectum inflammatio, æſtusq́ uehementiſſimus cõcomitetur, uentriculo refrigerantibus inunctionibus, ut oleo quod immaturæ oliuæ fuderunt, & melino, atque uiolacei momẽto ſuccurres, & hordei decoctum potui præbebis, ægrotantiq́ eandem medendi rationem cum hectica febri correptis, inſtitues.

*Ab intenſiore intemperie.*

*De oris uentriculi dolore, ac inflammatione.*

Cap. LXIIII.

SI oris uentriculi dolorem, eiuſdẽ ſuberſio, & eroſio, nauſeaq́ ſubſequantur, ęgro liberaliori aqua modice incalefacta porrecta, ut uomat (digito, aut pinna oleo madente, in fauces inſerta) præcipiemus.

*Abſq́ inflã. à calido humore.*

BIU Santé


piemus. Cæterum ſi hoc inualidum fuerit, aluus hiera picra, ut in uentriculi tunicis impactum ſuccum expurgemus, ducenda eſt. Accipit autem amarũ hoc medicamen, pulueris roſarum rubrarũ, ſpicæ, maſtiches, ligni balſami, fructus balſami, cinnamomi, caſiæ ligneæ, aſari, ſingulorum drachmas quinque; aloës ruffi coloris, iocinoriſq; modo cõcreti, duplũ omnium. quod diligenter detritum, alijs ſimplicibus medicaminibus leuigatis, & incerniculo ex tenuiſſimis ſetis, aut ſerico conſtructo, cribratis, commiſcetur, atque rurſus omnia ſimul cum aloë conteruntur. Huius autem quantitas, ab aureis duobus ad denarios duos uſq;, offertur. Laboranti quoque quotidie panem uino auſtero, & mali punici ſucco ſuprà deſcripto, cotoneorumq; acidorum ſyrupo maceratum, præbeto. Si autem dolori acidorum & flatuoſorum ructuum copia, uentriculiq; diſtẽtio, ac ſingultus affuerint, exhibeto electuarium diacyminũ, & diacalamẽthes, & alia conſimilia, quibus

*Differt à Gal. 7. Methodi.*

*Alibi à.3.ij. ad aureos ij. legitur.*

*Ob frigidũ ſuccũ & flatus.*

*Nõ inutiliter hæc præcedet, pituitoſi humoris uacuatio.*

*uacuatio.*

©BIU Santé

quibus flatuoſos ſpiritus diſcutiendi uis adeſt, quæ Capite de inteſtini laxioris uitij præſidijs perſequar. Cibi autem ægri erunt pulmenta aromatib. & calefacientibus ſeminibus apparata. Potui quidē pauxillulum uini ueteris et meri propinabitur. Exercitia quoque, & medicamentoſarum aquarū, aut in laconico balnea, non mediocriter iuuant. Quinetiā uentriculū penicillo, nardino oleo, aut quopiam alio calefaciente, & ſubaſtringēte, imbuto, fouere conducit. Porrò ſi oris uentriculi dolorem, febris unà cum manifeſtæ inflammationis indicijs, & æſtu, qui tactu deiudicari poſsit, ſubſequātur, mox inter curationis initia, axillari dextra ſecta, ſanguinem detrahito, et dolenti loco ſandala, roſas & camphoram, ſimul roſarum aqua & cotoneorum ſucco leui gata, ſuperaccommodato. Aegro uero præter ptiſanam nullum cibum offerre debes, proïnde à carniū eſu, uino & compoſitionibus ex melle cōfectis, in primis arcendus eſt. At corroborādi gratia, in-

*Cum inflāmatione.*

*Hodie epithemata liquidiora, quàm apud ueteres, parantur.*

I terdum

BIU Santé

terdum malorum punicorum acidorum ſuccum, & eum qui ex reliquis fructibus frigidam & aſtringentem uim poſſidentibus, igni aut ſole decoquitur, utiliter propinabis. § Siquidem inflãmatio oris uentriculi, & iocinoris, aſtringẽtia deſiderant. nam ſi ſolo relaxante præſidio cu rationẽ tentes, uitæ periculũ intuleris. § Aeſtus porrò uehementia remiſſa, caſſiam fiſtulam intybi ſucco diſſolutam, & ſimul cum eo decoctã, ac diligenter à ſpuma liberatam, ægro offerre conducit.

*Scirrhi uentri. curatio.* Cum uero longius morbus prorogatus fuerit, et ardor omnino quieuerit, inflammatio autem in duriciem & ſcirrhũ deciderit, emplaſtrũ iſtud affecto loco ſuperligato. Violarum aridarum drachmæ decem, roſarum rubrarum drachmæ quinque, ſpicæ odoratæ, maſtiches utriuſque drachmæ tres, cyperi, iunci rotũdi floris, calami aromatici, cuiuſq; drachmæ duæ, farinæ fœnogræci drachmæ uiginti, florum chamæmeli, ſeminis althææ, hordeaceæ farinæ, ſingulorũ drachmæ decem.

omnia

©BIU Santé


omnia ſeminis lini ſucco aſperſa, in emplaſtri formã redigito, ac horis quatuor ante ciborum ingeſtionem, uentriculi regioni ſuperinducito, uentriculo tamen prius nardino oleo foto. Deinde concocto, & è uentriculo depulſo cibo, uentriculi locus lana nardino oleo immerſa, uti iuſſi irrorandus eſt, præſcriptumq́ cataplaſma rurſus inducendum. Confectio quidem olei, ſeu unguenti nardini ſimplicis, in hunc modum ſe habet. Olei *glandis unguentariæ, quod proprie balaninũ dicitur, libra, ſpicæ ſemuncia, maſtiches, coſti, cyperi, iunci rotundi floris, calami aromatici, ſingulorum drachma una. uniuerſa hæc in pollinem ſubacta, dictoq́ oleo iniecta, ſoli ſeptimana una, in uaſe obturato ore, exponũtur, & dein depercolantur. Porrò feces ſordesq́ manibus inter colandum hærentes, cataplaſmatibus propoſito uitio dicatis, admixtæ, plurimum iuuant. Cæterum oris uentriculi inflammatione in tantam ueuſtatẽ protracta, ut in abſceſſum erum-

*Oleum nardinum.*

** Meſuæ magis probat ſeſaminum.*

*Abſceſſus cura.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 155 sur 255

BIU Santé


Arculanus Rhazen hic uentriculi ædemema curare autumat.

pat, paſtilli ex ſpica propinati, optime faciunt. Accipiunt quidem hi, florũ iunci rotũdi, caſiæ ligneæ, rheobarbari Seni, calami aromatici, ſpicæ, cuiuſq; drachmas tres: croci, myrrhæ, aniſi, coſti, piperis, ſingulorum drachmam unam, bdellij uarij drachmas tres, maſtiches drachmas duas, ammoniaci drachmam unam, finguntur ex his paſtilli põdere ſeſquidenarij, quorum quotidie unus ſapa detritus exhibebitur. Emplaſtrum ad prædictũ affectũ ualde efficax, quod hac ratione præparatur. Bdellij mollis drachmæ decem, ammoniaci drachmæ quinq;, glandis unguentariæ drachmæ decem, apij ſeminis tantundẽ, ſpicæ, maſtiches nigræ, utriuſque drachmæ quinq;, ceræ drachmæ tres, olei nardini drachmæ quindecim, gummi uino ſubaſtringente diluuntur, & eis omnia cõmixta, in emplaſtrum digeruntur. In uentriculi itaque & iocinoris affectibus profligãdis, medico erudito & natura ſagaci opus eſt, ut qui accurate ipſorũ diſpoſitiones diſtinguere,

Emplaſtrũ laudatiſſimum.

ac

©BIU Santé



ac curare queat. Nihilominus quãtumuis ſuccinctus fuerim, Capita et rerũ ſummas, quæ his affectibus præſidio eſſe poſſent, hoc Nono libro perſecutus ſum.

De ſingultu. Cap. LXV.

QVando ſingultus poſt craſſorũ ciborum ingeſtionem, aut uini perquàm diluti copioſiorẽ uſum, aut cibum alioqui ſua nimia humiditate flatuoſum, inuadit, aqua calida, cui cuminum, mentha, mentaſtrum & thuris pauxillulum incocta ſint, crebro in potu offerẽda eſt, & ægro, ut ſibi ſomnum conciliet, præcipiendum. Ventri quoque, ueſicæ, ac sacculi huiuſcemodi decoctis ſeminibus, & herbis calefacientib. diſcutientibusq́ impleti, ſuperligandi ſunt. Quinetiã & eiſdem uentriculus opportune irrigabitur. Aeger autẽ tenuiori uictu, eoq́ incidente, enutrietur. Ac cum pluſculis diebus moderatiori cibo ægrotantem alueris, in laconicum primam balnei domũ ſubinde ipſum deduces. Item inſecutis aliquot diebus, illi ſiccantia & flatus diſcutientia

*A flatu, & crudo ſucco.*

*Profuerit ante huius uſum euomuiſſe.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 157 sur 255

BIU Santé



alimẽta, modice tamen, præbebis, è quorum albo ſunt, pulmenta aromatibus ſeminibusq́ʒ calefacientibus ac incidentibus condita, & aſſi montani paſſerculi. & pauxillũ uini meraci potui ei tum offeres, ne forte uini copia, cibi fluctuationẽ in uentriculo creet. Atſi hæc non uſque adeò ualida fuerint, paſtillos ex thure porrigito. Quos ad hunc modum conficies. Accipe thuris drachmas quinque, inulæ campanæ drachmas tres, mentaſtri, foliorum rutę aridorum, utriuſque drachmas duas, ſeminis † ſiſimbrij drachmas tres et ſemiſſem. his detritis, & hyſſopi ſucco ſubactis, informato ex illis paſtillos ſeſquidrachmæ pondere, & eorũ unum in die, cumini decocto læuigatum, propinato.

† *Aliàs, nemẽ, hoc eſt ſerpilli,* aut etiam ſiſimbrii.

*Ex ſiccitate.*

Porrò ſi ſingultus cum tremore, aut nauſea, aut ſiti, aut oris ſumma ariditate, poſt febrim ſuperuenerit, aquam modice calidam, non liberaliter, ſed pedetentim ſorbillandam dabis. Et ſi tali auxilio haud quaquam malũ propellitur, aqua cui hordeum incoctum ſit, unà cum oleo amygda-



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 158 sur 255

©BIU Santé


amygdalarum dulcium porrigenda eſt. Quinetiam uertebras ceruicis & dorſi, humectante oleo tepente perungere, infricareq́, non mediocriter cõducit. Aegrotanti uero potus, ex herbæ pulicaris ſeminis & iuleb uiolato, & malorum punicorum dulcium ſucco, parabitur. Præter hæc ſingultui, qui ex repletione eſt, ac ſternutationi ſpiritus compreſſio quàmplurimum confert. *Ob eã cauſam ſingultientibus timor incutitur.*

De canino appetitu. Cap. LXVI.

SI quis aſſidua fame crucietur, & tamẽ cibus aſſumptus ita grauet, moleſtusq́ ſit, ut eũ mox aut uomere, aut per inferiora deijcere cogatur, oryza illi utiliter edenda porrigitur: cui ſanies ab agno in fornace aſſo emanans, pinguedinis loco commixta ſit. Ad hæc caudæ, & agnorũ pedes, & qui his uiſcoſitate & pinguedine reſpondẽt cibi, accommodè offeruntur. Vinum quoque uetus, quodq́ impenſe calefaciat, liberaliter (uel non ſitiẽti ægro) hauſtum, optime facit. Deinde his deuoratis, ut ingeſta euomat, ęgrotã- *Ab acido ſucco.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 159 sur 255

BIU Santé


ti præcipiendum. Ac iſto curationis modo, tãtiſper dum ab omni malo liberetur æger, ut utatur, conſilium eſt. Sin uero à cibo nulla moleſtia afficiatur, neque per uomitũ, neque per aluum illum deijciat, carnes bubulæ, & alia cõcoctu peruicacia edulia, porrigenda ſunt. Quocirca triticum pultis inſtar elixum, & oryza cum lacte decocta, accommode exhibentur. Potui autem, gelida aqua detur. Quinetiam optima ratione æger in aëre frigidiori ac perſpirabili deliteſcet, & ab omni acidorum, & auſterorum, & acerborum atque acrium eſu, quum ea ſcilicet appetitum prouocent, abſtinebit, ſolíſq; dulcibus ac glutinoſis, concoctu tamen peruicacibus, enutrietur.

*Ab immodica trãſpiratione, aut calido ſucco.*

## *De iocinoris dolore.* *Cap.* LXVII.

*Ex intẽperie aut humore calido.*

SI decoloratus aliquis, corporis ineptum habitum, ac dolorem dextri lateris ſub hypochondrijs, ad nothas ac poſticas coſtas, comites ſibi habuerit, & ſi color, quo ſuffunditur, flauus conſpicitur, magna quoq; oris ariditas, ingenſq; ſitis

©BIU Santé

ſitis ægrum torquent, hordei decocti ius, & herbarum infrigidantium ſucci, ſyrupo acetoſo ex albo ſaccharo decocto diluti, utiliter porrigētur. Huius autem generis herbarum ſunt, intybum, ſolanū, * amplexicaulis. A foris autem, epithemata, ac aſpergines ex duobus ſandalis, roſarum floribus, camphora, et momēto ſpicæ, in aqua roſacea ſimul detritis, ad hunc modum accommodabis. Accipies linteum aliquod, & hoc liquore refrigerante & ſubaſtringente imbutum, loco laboranti ſuperinduces, & priuſquam tepeſcat, illo amoto, aliud in eius locum applicabis, partemq́ꝫ diligenter irrorabis. Potui uero malorum punicorū ſuccus, ac ſimiles decoctione incraſſati ſucci, facultatem refrigerandi obtinentes, exhibiti proſunt. Quare æger à uino, & his quę melle condiuntur, ac calefacientibus incidentibusq́ꝫ cibis, arcendus eſt. Item paſtilli ex acidæ ſpinæ baccis porrecti, non mediocri auxilio ſunt. Qui recipiūt, ſucci baccarum acidæ ſpinæ drachmas decem,

* *Theophraſtus cuſcutā linoderā uocat.*

BIU Santé

cem: ſeminis intybi, ſeminis cucumeris ci trinati, ſeminis portulacæ, cuiusq; drach mas tres, roſarum drachmas duas, rheo barbari Seni drachmam unam, ſpicæ ſe drachmam, redigito hæc in paſtillos, põ dere drachmæ & ſemiſſis. atque eorum unum ſyrupo acetoſo, ſaccharo præpara to, aut malorum punicorum ſucco ſolu tum, propinato. Aluum quoq;, ſi neceſſi tas urget, ſucco fructuum, ut prunorum & tamarindorum, ac ſaccharo albo, deij cito.

*Ab intemp. aut materia frigida.* Porrò ſi uitiatus color, iocinoris dolorem ſubſequẽs, cum uirore albicãs, mediusq; inter colorem colliquatione la borantium partium, & colorem tumida rum, extiterit: præterea ſi ægrotãti aluus laxa fluxerit: & palpebrarum, ac ſumma rum partium tumor, digitorum tactui ce dens, ac laxitas affuerint: paſtilli ex rheo barbaro Seni, ſyrupo acetoſo melle com poſito ſubacti, porrigendi ſunt. Hi con ſtãt, maſtiches, ſucci eupatorij, ſucci ab ſinthij, ſeminis fœniculi, aniſi, ſingulorũ drachmis duabus, rheobarbari Seni dra chmis

©BIU Santé

chmis decem. hæc abſinthij ſucco detrita in paſtillos pondere drachmæ unius et ſemiſſis digerũtur: quorum exigẽte uſu, unus quotidie commemorato ſyrupo dilutus, propinabitur. Præter hæc, emplaſtrum ad præſentem affectum efficax, ad hunc modum præparabis. Accipito ſpicam, maſtichen, cyperum, iunci rotundi florem, calamum aromaticum, crocũ & myrrhã: deinde myrrham unà cum maſtiche in uino odorato ſubigito, ac alijs his commixtis, finge emplaſtrum, iocinoriq́ꝫ ſuperinducito. Interim uero à cibis craſſis, refrigerantibus, multamq́ꝫ pituitam gignentibus, ægrotãtem arceto. At ſi huiuſcemodi inefficacia fuerint, paſtillos ex cãcamo * radicũ decoctorum iure ſolutos, exhibebis. Recipiunt autem paſtilli ex cancamo: cancami, rheobarbari Seni, utriuſq́ꝫ drachmas tres: ſpicæ, ſeminis apij, ammeos, maſtiches, iunci rotundi floris, baccarum iuniperi, amygdalarum amararum, coſti amari, rubiæ ſatiuæ, ſucci eupatorij, aſari, ariſtolochiæ

*Emplaſtrũ de ſpica.*

** Hodie noſtrates officinæ laccã uocant.*

rotundæ,

©BIU Santé



rotundę, gentianæ, cuiuſq; ſeſquidrachmam. cancamo & eupatorij ſucco uino ſubactis, reliquisq; medicaminibus illis admixtis, formantur paſtilli, pendentes ſinguli drachmam & ſemiſſem. Radicum quidē ius, hac ratione præparatur. Corticū radicū apij, corticum radicis fœniculi, utriuſque drachmæ decem, ſeminis apij, ſeminis fœniculi, iunci odorati floris, ammeos, ſingulorū drachmę quinque: roſarum rubrarū drachmæ tres, ſpicæ odoratæ tantundem. omnia in aquæ libra ad tertias buliūtur, ac ita decoctum ius cum commemoratis paſtillis aſſumitur. At ſi inflammatione abſceſſuúe iecur cōflictetur, eiſdem auxilijs, quibus oris uentriculi inflāmationi & abſceſſui medemur, illi ſuccurrendum eſt.

*Quidā addunt ſabinam.*

*Hodie medici decoctiones ſuas magis dilutas parant.*

*De morbo regio, qui & ἴκτερος dicitur.*
Cap. LXVIII.

MOrbo regio ſi febris affuerit, intybi & ſolani ſucci, & hordei decocti ius, potui offeruntur: & cucurbitis domeſticis, atriplice, cucumeribus citrina-

tis,

©BIU Santé

tis, & aliis herbis infrigidãdi facultate his paribus, æger enutrietur. Iocinori uero emplaſtrũ inflammationẽ arcens, quod duobus * ſandalis conficitur, illigato, ac aluum prunorum tamarindorum ſucco & ſaccharo deiicito. Quæ ſi minus efficacia fuerint, paſtillos ex camphora ſucco punicorum malorum acidorũ detritos, præbeto. Paſtilli de camphora. Sacchari, ſpodij, roſarum rubrarum, cuiuſque drachmæ tres; ſeminis intybi, ſeminis cucumeris citrinati, ſeminis cucurbitæ, ſeminis lactucæ, ſeminis portulacæ, ſandali rubri, cuiuſq; drachma una. fingito ex his ſolani ſucco, aut illi cõſimili ſubactis, paſtillos drachmas duas pendẽtes, & horum unum quotidie cum camphoræ obolo, aut minus pro morbi ac uirium ratione, propinato. Si æger ſanguine plenus, multo tempore uenam non ſecuit, uena axillari dextra pertuſa, ſanguinem detrahere expedit. Quod ſi arquatus citra febrim contingat, aluum catapotiis his, (poſtquam leuiora tentaueris) recte purgabis.

*Meſuas ce rotũ ſandalinũ quoq; deſcribit.

A meatuum obturatiõe.

©BIU Santé



gabis. Aloës drachma una, ſcammonij ſeſquiobolus, agarici ſcrupula duo, ſucci eupatorij ſcrupulum unum. hæc intybi ſucco excepta in catapotia dirigito, & *una doſi exhibeto. Inſuper paſtillos ex cancamo, radicum incidentium decocto ſubactos, præbeto. Porrò ſi bilis ſuffuſio in morbo regio oculos dehoneſtare non ceſſauerit, æger ſubinde acetũ acerrimum olfaciet, & naribus ſolio dulcis aquæ inſidens idem attrahet, & mirifice iuuabitur, ſi preſſis naribus pauliſper id contineat. Oculis quoque ictero cum febri laborantis, aqua roſacea inſtillanda eſt. Præter iſta arquato implicito, in mali declinatione, tribus hebdomadibus lactis ſerum potui porrectum, non paruum præſtat auxilium.

** Satiſfecerint duabus uicibus.*

*Nõ inutiliter in eo incidentia macerantur.*

### *De aqua inter cutem, quæ ὕδρωψ Græcis dicitur.* Cap. LXIX.

*ἀσκίτης.*

CVm poſt iocinoris dolores & febres, abdomen intumeſcere cœperit, ac ſumen (quod ſpacium inter umbilicum & pectinẽ eſt) prominere, & huius

regionis

©BIU Santé


regionis cutis extenuari albeſcereq; uiſa fuerit: & quum concuſſo abdomine talis auditur ſonus, qualẽ percuſsi uteri aqua non omnino pleni, elidere ſolẽt: ſicq; unà cum his urinæ rubræ ſint, parua adipiſcẽdæ ſanitatis ægro ſpes reliqua eſt, potiſsimum ſi is uirium robore deſtituatur. At cui uires conſtant, et uenter quoq; aridus eſt, catapotia ex * rheobarbaro Seni, chamæleam in earum mixtura recipientia, porriguntur. Habent autem huiuſcemodi catapotia, rheobarbari Seni, ſucci eupatorij, ſeminis intybi, cuiuſq; drachmas tres, agarici drachmas quinque, chamæleæ drachmas decem. finguntur catapotia, quæ ut plurimum quantitate drachmarum * duarum cum ſemiſſe, accõmode ſingulis ſeptimanis exhibentur. Cæterum uiribus proſtratis, paſtillos ex chamælea prębeto, qui conſtant, ſeminis intybi drachmis decem, chamæleæ drachma una, agarici ſcrupulis duobus, ſucci eupatorij tantundem: roſarum, † ſeminis cucumeris citrinati, utriuſque drachmis

* Nos noſtro utemur

* Suffecerit 3.1.et.ſ.

† Aliàs, nucleorũ cydoniorum.

©BIU Santé



mis duabus cum ſemiſſe, hæc in decē paſtillos redigito, ac eorum unum in die ſyrupo acetoſo ex ſaccharo preparato dilutum, offerto. Aluo autem cita profluēte, paſtillos ex acidæ ſpinæ baccis, ſyrupo acetoſo læuigatos, porrigito. Aegrotantem præterea montanis auiculis aſſis, & carne minutim conciſſa, ac cum oui uitellis frixa, enutrito: & potui ſuccum cotoneorum, cum pari ſacchari portione & quarta parte aceti decoctum, administrato. Verum ſi aluus plurimum lubrica fuerit, ut ſymptomati occurras, impermixtum cydoniorum malorum decoctū ſuccum propinato. Cæterum ſi à morbo urinarum rubor, & æſtus, & cutis ſuppallidi coloris ſuffuſio abſuerit, ſubſequentia catapotia magno auxilio deglutiuntur. Conſtant autem hæc: Chamælee, ſagapeni, utriuſque ſedrachma: ſacchari, * columbarum ruralium fimi, utriuſque obolo uno. Largiter quidem hæc catapotia aquam ducunt, ac per inferiora mirifice protrudunt. Paſtilli præterea ex can camo,

* *Illud aui mei manu ſcriptū exēplar nō habet.*

*Vna uice hæc multis porrigūtur*

©BIU Santé


camo, radicum incidentium elixarum iure diluti, propinandi ſunt. Emplaſtrum quod aquæ ſubter cutem ſpeciei, ἀσκίτης ab utero ſic dictæ, ſtrenuè auxiliatur. Farinæ hordeaceæ, cyperi, ſtercoris † ouilli ueteris, nitri naturalis, lapidis Armenici, cuiusq; æquæ portiones, ſulphuris uiui momētum, quibus omnibus muria, aut aceto mulſo ſubactis, toti abdomini emplaſtrum adaptatur: quod inſigni ui in exiccandis humoribus pollet. Cæterũ ſi in palpebris, aliisq; ſummis corporis partibus, digitorum tactui cedētes tumores (οἰδήματα Græci uocant) oboriantur, & teſtes quoq; ac ſcrotum intumeſcant, & facies unà cum totius corporis habitu laxa ſpongiarũ inſtar, & albicans pituitoſaq; emortui ſimilis appareat, hydropis ſpecies, ἀνασάρκα, & λευκοφλεγματία appellata, hominem affligit. Aegro itaq; hac implicito, paſtillos ex cancamo radicum decocto ſubactos, porrigito. Aluũ autem ſingulis ſeptimanis, catapotiis ex rheobarbaro ſubducito. Ad hæc, ægrum

K ſabulo

† *Aliàs, bubuli.*

ἀνασάρκα.

*Pillulæ Meſues de rhaued ſũt fortiores.*

ſabulo arenaq́; excalefacta ſaburato, ac uacuo cibis uentriculo exercitium uehe- mens & frequens in ſole, & famẽ ſitimq́; ægrotanti præſcribito. Porrò ſi uenter inflatus diſtentusq́; fuerit, & concuſſus tympani crepitum ediderit, aquæ ſubter cutem ſpeciẽ, τυμπανίτην dictam, adeſſe certũ eſt. Qua qui implicitus eſt, ab omni olerum uſu, & flatus gignẽtibus cibis, circuncidendus eſt: & abdomen eius indies panico toſto, & momento ſalis, ac furfurib. ſacculo inſutis, fouendũ. Huic præterea cucurbitulæ leues, cum multa flamma crebro toti uentri ſuffixæ, maximè proſunt. Quinetiam remedia diſcutiendis digerendisq́; flatibus inſcripta, et ad urinas efficacia, eligenda ſunt, è quorum genere ſunt diacyminum, et ex baccis lauri electuariũ, quod Capite de ilei morbi curatione proſequar. Deĩde huic quoque ægrotanti multa exercitia, & fames ingens, ſtrenuè auxiliantur. Sic quoque collyria, ſeu glandes flatulentis ſpiritibus amouendis dicatæ, & alia à me Ca-

τυμπανίτης.

pite

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 170 sur 255

©BIU Santé



pite ad coli inteſtini uitiũ remedia deſcribenda, quàm maxime accommoda cenſentur. Proinde clyſteribus ex huiuſcemodi glandibus liquore quopiam detritis, uti expediet. Item uentrem etiã aſpero linteo, tantiſper dum rubor excitetur, perfricare, & clyſteres ex oleo rutaceo infundere, conſilium eſt.

*De lienis dolore.* Cap. LXX.

SPlenis dolorem ſi æſtus, & urinę ruffæ, febriſq; ſubſequantur, ĩfrà ſcriptorum paſtillorum portionem: ægro porriges. Paſtilli ex agno caſto. Seminis agni caſti, fructus tamaricis, utriuſque drachmæ decem, ſeminis intybi drachmę quinque, ſeminis portulacæ tantundem, his aceto acri detritis, informato paſtillos, & eorum unum drachmarũ trium pondere, aut aliàs pro morbi magnitudine, ſyrupo acetoſo ex ſaccharo pręparato, ſub actum, porrigito. Si uero ægrotantis uenæ uniuerſi corporis ſanguine diſtentæ turgent, uenam axillarem ſiniſtram, aut * eam, quę à cubiti uenis ad ſiniſtram manum,

*Ab inflammatione.*

**Ea uix ſolus axillaris uenæ ramus eſt.*

num, inter paruum ac anularem digitos repit, ſecabis, & ſanguinem quantũ pro laborantis corporis habitu ſatis eſſe con ieceris, fluere ſines. Lieni quoq; fruſtum huius generis pãni, quem uulgo filtrum uocant, aceto excalefacto imbutum apponatur, & à dulcium craſſorumq; eſu æger abſtineat.

i. repit, et salvatella nuncupatur.

*A frigido humore.*

Porrò ſi abſque ardore quopiam lienis dolor ægrotantem torquet, paſtilli de capparib. appellati, ſummè auxiliantur. Recipiunt autem: corticis radicum capparis, ſeminis agni caſti, utriuſque drachmas decem: ſcolopẽdrij drachmas ſeptem: ariſtolochiæ tenuis, foliorum rutæ, ſeminis naſturtij, acori, nigellæ, ſingulorum drachmas tres, ammoniaci drachmas tres, ammoniacum aceto diluitur, & cęteris omnibus eo aſperſis, finguntur paſtilli drachmarum duarum pondere, quorum unus ſyrupo acido melle compoſito, & radicum decocto diſſolutus, potui datur.

Ex flatu.

Porrò ſi intenſus tumiduſq; ſplen abſque magno grauitatis ſenſu fuerit, & cum premitur rugitus

©BIU Santé



tus aliquis ſub tangentis manu auditur, iam comprehenſos paſtillos, radicũ decocto dilutos, præbeto. Potui autem uinum uetus ac meraculum porrigito, & quoad fieri poteſt, frigidæ uſum ſubducito. Emplaſtrum ad lienis flatus, eiuſdemq; duriciem, optimè faciens. Foliorum rutæ drachmę decem, nitri, mentaſtri aridi, utriuſque drachmæ tres, ammoniaci drachmæ ſeptem. ammoniacum uino ueteri ſubigito, & eo cętera perfuſa in emplaſtrum digerito, lienisq; regioni faſcia aut inſtita illigato.

*De morbis inteſtini plenioris, & tenuioris. quorum hic* εἰλεὸς, *ille* κωλικὸς *Græcis dicitur.* Cap. LXXI.

SI uentris dolor, unà cum eiuſdẽ aſtrictione, & ciborum faſtidio offendit, abſque tamen omni ardore & febri, ea quæ aluum citra uomitus irritationẽ ducunt, porrigẽda ſunt: cuius notæ electuarium ex gallia moſchata eſt. Quod accipit, maſtiches, caryophylorum, zingiberis, piperis nigri, piperis longi, cinnamo

*Ileus à frigido humore.*

*Non inutilis erit inter initia, uel lenis clyſter.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 173 sur 255

©BIU Sante



mi, nucis myriſticæ, * galliæ moſchatę, ſingulorũ drachmas decẽ, ſcãmonij drachmas decẽ. deinde exprimitᷣ cotoneorũ acidorũ et recẽtiũ ſuccus, qui ęqua mellis portione, donec medicinarũ põderi ambo reſpõdẽt, cõmiſcetᷣ, & deinceps ſimul omnia pedetentim ſupra prunas, ad debitã craſſitiẽ decocta, futuro uſui reponũtur. Quantitas aũt præſentis antidoti una uice exhibenda, eſt inter drachmas duas, et duas cum ſemiſſe. Quod ſi dolor uehementi ciborum nauſea uacat, & æger deuorata medicamina uomitu haud quaquam diuertit, catapotia ileo morbo ſacra exhibentur. Quæ conſtant, cucurbitæ ſylueſtris, ſagapeni, utriuſque drachmis decem, ſcammonij drachmis tribus & ſcrupulo. finguntur catapotia, ex quibus oboli quinque adminiſtrantur. hæc etenim tenuioris inteſtini morbũ depellunt. Cæterum ſi ileus intantùm ſeuiat, ut aluum ducentia pharmaca inualida ſint, ægrotanti hanc infrà ſcriptam glandem ſubdes. Salis cibarij drachmę decẽ, medullæ

*Pastilli ſunt, & adferũtur ex oriẽte non bene parati, Manard.*

*Vidẽtur in hoc medicamine aliquot drachmæ turbit deeſſe.*

©BIU Santé



medullæ cucurbitæ ſylueſtris drachmæ duæ cum ſemiſſe, ſcammonij tãtundem. his melle læuigatis, informato glãdes ad longitudinem longaonis, ac ita ſubijcito. At ſi nihil auxilij præſtiterint, clyſterẽ hunc lenem (ut ſua mora fęces molliat) infundito: qui accipit, ficus caricas quinque, furfuris manipulum, altheæ tantundem, betæ folia decem. hæc linteo illigato, ac in libris duabus aquæ ad dimidias decoquito, deinceps decoctũ ius per linteum colato, & ſeſquidrachmam nitri, & olei ſeſamini unciam unam illi adijcito, ſicq; apparatum enema inijcito. Verũ ſi hoc infuſum acrius reddi deſideres, iam comprehenſę glandis drachmam & ſemiſſem ei contemperato. Clyſter ſtrenue fæces ſubducens, & ſuperfluos ſuccos abſtergens: quo aluo medicamentis non cedente, neque alias illis adiuuantibus utimur. Carnis cucurbitæ ſylueſtris drachmę decem, centauri drachmę quinque, utriuſque cyclaminis ſpeciei drachmę duæ: mentaſtri, rutæ, origani, cuiuſq;



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 175 sur 255

©BIU Santé

manipulus unus, omnia in aquæ libris tribus ad duas tertias decoquuntur, & percolato decocto, commiſcentur * reſinæ cedrinæ, mellis ſingulorum drachmę tres, caſtorei, ſagapeni, opopanacis, præſcriptæ glandis, cuiuſque drachmæ duę, omnibus piſtillo cõtuſis, & iam tepidis, clyſter inijcitur. Cęterum ſi aluus induratum, ac quaſi in nucleos diuiſum ſtercus (quod Gręci σκύβαλον appellãt) minime egerit, in clyſteris uſu, donec illud expellatur, perſiſtendum eſt. Siquidem cõprehenſum enema, in ilei inteſtini uitijs atro cibus ac uaſtis, & ſęuo colico affectu, qui cum magno ciborum proſtrato appetitu, nullaq; per aluum deiectione affligit, utiliter ſubijcitur. Pręſentem quoque tenuioris inteſtini affectum, præter tradita ſymptomata, fœtidi ructus, & fæcũ nonnunquam per os eiectio, cõcomitari conſueuerunt. Quæ quum hominem affligunt, mortem ſubindè minitantur.

* Sic Leonicenus alchitram uocat.

*Colicus ex flatu.*

Porrò ſi uentris dolor, tam ingenti alui conſtrictione uacat, et ſi flatibus diſtẽtus

uenter,

©BIU Santé



uenter, murmure multo ægrũ moleſtia afficiat, electuariũ ex baccis lauri porrigitur. Hoc recipit: Foliorum rutæ aridorum drachmas decẽ, ammeos, cumini, liguſtici, origani, nigellæ, cari Alexãdrini, ſeminis petroſelini, amygdalarum amararum, piperis nigri, piperis lõgi, mentaſtri, dauci, acori, baccarũ lauri, caſtorei, cuiuſq; drachmas duas, ſagapeni drachmas q̃tuor, opopanacis drachmas tres, excipiuntur omnia mellis æqua portione: & eius electuarij nucis auellanæ, aut alterius paruę nucis Indicæ inſtar, indies datur, cũ uini ueteris & calefacti uncia, aut radicum incidẽtium decoctorum iuris uncia. Hoc * electuario ad dirigẽdos flatuoſos ſpiritus, nihil eſt efficacius. Pręterea glandem hanc ſpiritibus depellendis ac diſcutiendis idoneam, aluo indito. Cumini, foliorum rutę uiridis, utriuſque tantum quantum manus apprehendit, utriuſq; cyclaminis ſpeciei drachmę tres, nitri drachma una, deterito hæc melle, et lanam ſpongiamúe illis circumlitam in anum

** Electuaria uocata ſub antidoti nomine cõprehendere licet, item et confectiones.*

*Satius erit mel incraſſari, quam ſpõgia uti.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 177 sur 255

©BIU Santé

anum dimittito. Abdomen quoq; penicillo, calidiore, flatusq; diſſipãte liquore, imbuto, ſubinde foueto, ac irrorato. Quinetiam ægrum in labrum huiuſcemodi flatus diſcutiẽdi uim obtinens, deducito. Si uero his malum non ceſſerit, cucurbitulas magnas cum flamma & leues toti abdomini defigere, locumq; rudiori ac aſpero linteo perfricari præſtat. Deinde crebræ inunctiones, ex rutaceo oleo, aut alio huic in calefaciendo finitimo, non alienæ ſunt. Iam quoque caſtorei & euphorbij utriuſq; ſedrachma, huiuſcemodi oleo læuigata, clyſteris forma utiliter infunditur, admixto tamen quopiam incidenti ac flatus digerenti decocto, quod clyſteris materiam præbeat.

Qui autem hoc malo teneri conſueuit, dũ ſanus eſt, à uini diluti & frigidæ aquæ potu, & herbarum infrigerantium, & lactis, & aliorum flatuoſos ſpiritus gignentium alimentorum eſu, ſe arceat. At uini meri potu utatur, uictusq; rationem reliquam calefacientem ac incidentem inſtituat.

©BIU Santé



tuat. Philonium, quod ileoſis ad diſcutiendos flatus, & ſoporem ſenſitiuæq; facultatis ſtuporem inducēdum, propinatur, cum ſcilicet ſummis tenentur cruciatibus, animiq; deficiētis ſuſpicio ingruit. Piperis, ammeos, foliorum rutæ, mentaſtri, caſtorei, baccarum lauri, cumini, cuiuſque uncia una: opij, mandragoræ, ſeminis alterci, ſingulorum ſemuncia. ſubiguntur ſimul cum mellis pari modo. porrigiť uero eius medicamenti ſeſquidrachma, aut minus, pro uirium robore. Plerunq; etiam huic pharmaco commiſcetur, ſcammonij tertia pars unciæ unius, unde & aluum quoque citat. § Philonis uero Tharſei anodynon habet, croci drachmas quinq;, pyrethri unā, euphorbij unam, ſpicę nardi unam, piperis albi, alterci utriuſque drachmas uiginti, opij drachmas decem. excipe melle, & ad eos qui ſtercora in maximis dolorib. per uomitum reijciūt, dato magnitudine fabæ, ex ternis aut quaternis cyathis aquę frigidæ §. Cæterum ſi dolori febris adſit, caſ-

*Ex 9. Secūdum locos Gale. & 9. Sermõe Aëtij, reſtituta deſcriptio.*

*A bilioſo humore.*

ſia

©BIU Santé

ſia fiſtula ſucco intybi decocto ac deſpumato, diluta, ægro offertur, potui quoq; ſyrupus uiolaceus utiliter porrigitur. At cibis, quibus herbæ emollientes & frigidiores adiectæ ſunt, oleoq; amygdalarū dulcium præparatis, enutrietur. Item leuiores infuſiones, ut ex oleo in quo fœnograecum aut althæa ebulierint, & anſerino adipe, ab inferioribus partibus ægrotanti inijcientur. Porrò ſi locus abdominis, qui à ſiniſtro rene ad dextrum, per uentriculi fundum cincturæ modo pertinet, tumidus conſpicitur, & laxum inteſtinum quoque inflammatione correptū apparet, ſine mora aperta dextri cubiti uena, ſanguis minuendus eſt, & caſſia fiſtula herbarum refrigerātium ſucco ſubacta, ſubinde propinanda. Item ſi tenue inteſtinum inflammatione infeſtetur, eadem præſidia præſtāda ſunt. Cibus uero ægro huiuſcemodi, coli uitio per circuitus quoſdam torqueri ſolito, conueniet, qui herbis aluum emollientibus præparatus, oleum quoque ſeſaminum in condimentum

Ex ſanguine.

©BIU Santé



dimentum accipit. Ab omni porro acidorum, auſterorum, craſſorum, aluumq; aſtringentium eſu, in totum abſtinendũ eſt. Eum uero quem cum dolore flatus quoque implicare ſolent, pulmentis aromaticis ſpeciebus, aut calidiorib. incidentibusq; ſeminibus conditis, nutrire conuenit. Proinde ė cõtrario ab olerum, lactis, & flatus excitantium ciborum ingeſtione, abſtinere ex uſu eſt. Potui uero uinum uehemens incorruptumq; propinabitur, aut hydromel, cui medicamina incidentia excalefacientiaq; in cõdimentum iniecta ſunt, ex quorum numero piper eſt, porrigetur. Huiuſcemodi autem hydromel, quod modo ſubijcitur, eſt. Cõmiſceto mellis puri libram, aquæ potabilis libris ſex, & tãtiſper dum ʒulapov craſſiciem ambo recipiant, decoquito, ſpumamq; detrahito. quo diligẽter peracto, ad ſingulas libras hydromelitis, piperis cõtriti drachmas duas linteolo illigatas, quouſq; hydromel adamuſſim decoctũ ſit, immittito: & ubi refrixerit, diligenter

*Victus ratio in doloribus ex flatibus.*

expreſſum

BIU Santé



expreſſum linteolum eximito. poſcente quidem uſu, eius portionem liberaliter propinato. Eos quoq; quibus ex flatibus & craſſis crudisq; humoribus dolor eſſe conſueuit, ſtrenue iuuat ricini fruticis oleum, recẽti ſeminum decocto contemperatum. Præſens quidem ſeminum ius accipit: Ammeos, cumini, liguſtici, cnici, origani, nigellæ, cuiuſq; quantum trinis digitis comprehenditur. hæc aquæ libris tribus immiſſa, ad dimidias decoquuntur. uſus autem eius eſt, ſi ipſius uncijs duabus, olei ricini in drachmas tres dilueris, pluribusq; diebus ea quãtitate potui porrexeris. Verum ſi dolorem ardor cõcomitetur, ſumito pruna uiginti, ficus caricas quinque, uuarum paſſarum ab acinis mundatarum drachmas quinque, decoquito & percolato, ac poſteaq; caſſiam fiſtulã in eo decocto ſubegeris, ſecundo per colum traijcito, & amygdalarum oleo adiecto, potandum porrigito. Vel decoctum in Capite de diſtillatione commemoratum, eius loco offerto.

*Raro hodie hæc pinguia potãda porriguntur.*

*Hoc laudatiſsimum in his affecti-bus eſt.*

Cæterum

©BIU Santé



Cæterum ſi aluus uehemẽter aſtricta fuerit, huic iuri adijcientur filiculę, turbit, utriuſque drachmæ duæ: & his ſimul decoctis, tantiſper dum aluus reſpõdet, eo iure utemur. Poſteaquàm uero cita ea profluxerit, polypodium, & turbit amouebuntur. † Puluis qui aluum ducẽdo, ſimul flatus & grauitates reprimit. Turbit albi & amygdalarum dulcium oleo irrorati, ac in puluerem adamuſſim contriti drachmæ uigĩti, ſacchari drachmę triginta, zingiberis drachmæ decẽ. huius quidem pulueris ut plurimũ drachmæ * tres impermixtæ, aut alicui ad id idoneo liquori iniectæ, offeruntur. Catapotia quorum unum deuoratum, uentrẽ deijcit, & appetitum incitat, & flatuoſos ſpiritus grauitatesq́ reprimit, ad hæc ciborum concoctionẽ iuuat. Maſtiches, zingiberis, cinnamomi, caryophylorũ, pęoniæ, piperis nigri, piperis longi, ſcammonij, ſacchari, uiolarũ, cuiuſq́ uncia una, finguntur catapotia cicerũ inſtar, & eorum unũ trãſglutitũ, aluũ ſemel biſúe deijcit.

† *Aliàs, electuarium.*

* *Suffecerint duæ.*

De

©BIU Santé



*De uentris profluuio.* Cap. LXXII.

*Lienteria à calido humore.*

QVando aſſumptus cibus ſolita mora in uentriculo non retẽtus, citius paululum immutatus egeritur, & ſi huic uitio ob excrementorum acrimoniã uentris eroſio & cruciatus ac ſitis affuerint, quæ etiam plerunq; concomitatur alui profluuium, in quo excrementa ante ciborum ingeſtionẽ excreta, ſaniem quampiam admixtam habent, ægrotãti ex immaturis uuis decoctione inſpiſſatus ſuccus, aut * ribes, aut malorum punicorũ, cum ſpodij & roſarum utriuſq; drachma una propinabitur. Paſtilli quoq; ex ſpodio aſtringentes, identidem utiliter offeruntur. Cibi porrò ſunto, lenticula cum aqua, aceto & croci momento decocta, & pulli cũ aceto elixi, idemq; aſſi, & omphacino intincti. Potui uero rhois decoctum roſacea aqua dilutum, aut malorũ punicorum ſuccus exhibebitur. Præterea cibis rhus obſoniorum in condimentum accipientibus cibabitur, & breuiter totam uictus rationem ad refrictionẽ & aſtrictionem

** Brabãtia ſub eo nomine paruos quoſdã rubros fructus habet, ad propoſitum aptiſſimos.*

*Nos primũ ius lẽticulæ effundemus.*

©BIU Santé



aſtrictionem dirigere conſilium erit.

Cæterum ſi abſque huiuſcemodi eroſione aluus lubrica moleſta ſit, ſi quoque quod fluxu egeritur nullam ſaniem admixtam habeat, ſed albidũ glutinoſumq́ id cernitur: præter hæc etiam, ſi inflãmatio modica, ſitis exigua et ructus acidi affuerint, laboranti betam, & ſinapi, & ſalitos piſces aliaúe incidẽdi uim poſſidentia, adminiſtrabis, & deinde anethum ſimul cum ſalis momento in aqua decoques, & poſteaquam percolaueris, adijcies percolato iuri, mellis quod ſatis eſt, & ſic poſt incidentia pituitam ingeſta, propinabis: eoq́ pacto digito, aut pinna ori indita, uomitum ægrotanti prouocabis. At ſi affectus, ob humorum copiam uentriculi tunicis imbutam, illo curationis modo non cõquieuerit, pituitam ducens pharmacum præbebis. Cuius generis quod iam ſubſequitur cẽſetur. Aloës drachma una, cucurbitæ ſylueſtris carnis drachmæ quatuor, ſacchari tantundem, turbit drachma una, ex his forman

*Lient. à crudo & frigido ſucco.*

*Lienteria potiſsimũ à cœliaco affectu crudita te [illegible] tur.*

L tur

©BIU Santé



**Potius tribus, et in robuſto corpore.*

*Lienteria ex naturaliũ facultatũ imbecillitate à frig. & humid. intẽp.*

**Alibi farcimina ſale condita.*

alibi etiã ſubceda.

tur catapotia, quæ *uni propinationi ſufficiunt. Ad hæc uomitu ex incidentibus ſæpius uti expedit. Cibos autem, quibus æger ueſcitur, in muriã intingere iuuat, ut inde incidendi & calefaciẽdi uim obtineant. Proinde quoque * cibis ſale conditis, ac acri guſtu præditis, breuiter ſuo calore appetitum incitãtibus edulijs, opportune ægrum cibabis. Si id quod per aluũ deijcitur, nihil ſuperflui bilioſi, nihil ſanioſum, nihilq́ pituitoſum admixtũ habeat, uinum merũ robuſtumq́ offeretur. Similiter electuarium quoque ex thure præbetur, quod accipit, thuris drachmas decẽ, piperis, ammeos, ſpicæ, liguſtici, aniſi, nigellæ, cuiuſque drachmas duas, balauſtiorum drachmas decem mellis diſpumati quantum ad prædictas medicinas excipiẽdas ſat eſt. Huius uero antidoti uſus probatur, quoniã uentriculum impenſe calefaciat, mirificeq́ exiccet. Seminum quoque decoctum, ad plenioris inteſtini morbũ idoneum, propinabitur, uinique meri potu æger aſſueſcet.

©BIU Santé


aſſueſie.. Cæterum ſi aſſumptus cibus crudus haudquaq̃ egerit, ſed aquoſa quędam & alba tenuiſq; ſubſtantia, præſentibus iocinoris imbecilli notis, excernitur, ęgro ex ferri ſtercore electuarium, & id quod ex thure fit, porrigentur. Et paſtilli quoq;, quos calefaciẽdo iocinori inſcripſi, & electuarium diacalaminthes, utiliter adminiſtrabuntur. Diacalaminthes autem, cõpoſitio eſt huiuſcemodi: Foliorum rutæ, foliorũ calaminthæ exiccatorũ, ammeos, cari, liguſtici, zingiberis, cinnamomi, longi piperis, ſingulorũ æquæ portiones, omnia decocto melle excipiuntur. Item pręter hæc, ad ea quæ calefaciendo corroborãdoq; iocinori ſuperius comprehenſa ſunt, recurrendum eſt. Porrò ſi commoratus affectus, iocinoris imbecilli indicijs caruerit, ſiq; qđ fluxu egeritur, tenue ſubalbidumq; unà cum uentriculi grauitate extiterit, malorum punicorum puluis deuorandus dabitur. Præparatur autem, ex acinorũ mali punici acidi, aſſorum, & in tenuiſsimũ

*Cœliacus affectus ob iocinoris obſtructionẽ & attrac. imbecillitatem.*

*Differt à Galeni. 4. de ſanitate tuenda.*

*Cœli. ex uẽtriculi & graciliũ inteſtinorum uitio.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 187 sur 255

© BIU Santé



puluerem actorum drachmis centū: cari, ſeminis coriandri, utriuſque in aceto acerrimo maceratorum, ac deinceps torrefactorum drachmis uiginti, * xylocaractæ, rhois Syrenaici, balauſtiorū, cuiuſque drachmis decem. omnia in tenuiſſimum puluerem teruntur, qui deinceps tranſglutiendus offertur. aut malorum cydoniorū ſucco immixtus, porrigitur. Electuarium quoq; Cazi inſcriptū, opportunè adminiſtratur. Cuius mixtura in hunc modum ſe habet. Acinorū uuæ paſſę in tenuiſſimum puluerem tritorum libra una, baccarum mirti aridarū, ac pari ratione ſubactarum libra † ſemis, xylocratæ Nabathææ, balauſtij ſeminis tamaricis, ammeos, ſingulorum drachmæ decem. conficiuntur omnia ſaccharo arundinibus innato, ſeu apum melle quàm exactiſsime ſpuma liberato, & deinceps huius portio ꝓ morbi magnitudine præbetur. At ſi defluuij alui recrementa flaua, & anum mordicantia inueniātur, & æger ſiti febriq; corripiatur, paſtilli aſtringētes

* Opinor quorundam lignorū aſtringentiū putamina.

† Alias, quinq;.

*Diarrhœa ob bilis copiā: uētriculū et īteſtino regurgitātē*

©BIU Santé

aſtringẽtes ex ſpódio, & aqua crudæ pollentæ hordei, proſpere porrigẽtur. Paſtillorum autem aſtringentiũ ex ſpodio mixtura, ad hũc modum ſe habet. Roſarum rubrarum, ſpodij, ſingulorum drachmæ decem: ſeminis rumicis, rhois Syrenaici, balauſtij, gummi Arabici, cuiuſq; drachmæ quinq;. redigũtur in paſtillos drachmarum duarum pondere, quorum unus uncia decocto cydoniorũ ſucco, & ſextante ſucci plantaginis diſſolutus, potui datur. Aquam quidem pollentæ hordei, hac ratione præparabis. Hordeum confractum, in aqua quæ ipſum tegit, tantiſper dum aqua modice inſpiſſetur, decoquito, deinde percolato, & eius uncias quatuor cũ ſpodij, & gũmi Arabici utriuſq; drachmis tribus dilutas, porrigito.

Quod ſi uentris fluxui, inteſtinorũ exulceratio ſerpendo depaſcens, ſuperuenerit, lapidis Armenij puluerem deuorandum exhibeas. Qui conſtat, ſeminis herbæ pulicaris drachmis uiginti, ſeminis plantaginis drachmis decem, gũmi Ara- *Dyſenteria.*

 bici,

BIU Santé


bici, lapidis Armenij, utriuſq; drachmis
tribus. pulicaris herbæ ſemine torrefa-
cto, omnia ſimul cum illo in puluerē ſu-
biges, ac eum in aurora drachmarū triū
pōdere, cum diſcocto cotoneorū ſucco,
potui porriges: ac ſomnū inituro ægro,
tantūdem probe offeres. Inter cibos qui-
dem adminiſtrabis pulmentum, ex puni
corum malorum acinis, & uuis paſſis, in
aqua cum pauxillulo aceti decoctis. Prę-
terea edulium cum immaturarū uuarum
ſucco confectum, & quod rhus obſonio
rum in condimentum accipit, ægrotanti
utiliter offeres. Similiter quoque ex her-
bis aluum emollientibus, cum rhoi præ-
paratum edulium, & id genus alia, eden
da appones. Ad hæc paſtillos de balau-
ſtijs continuæ leuitati inteſtinorum (quę
Græcis λειεντερία dicitur) dicatos, ſi modo
aluus continenter fluat, propinabis. nec
refert, an eius uentris profluuij recremen
ta ſanguine tincta, intinctaúe ſint. Reci-
piunt itaque paſtilli commemorati, Gal-
larum, ſiliquarum Nabathææ, ſeminis
tamaricis,

*Potui lac ſciſſum porrectum ab Alex. probatur.*

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 190 sur 255

©BIU Santé



tamaricis, thuris, balauſtij, ſingulorum æquas partes: opij, gummi Arabici, utriuſque partem dimidiam. his in puluerem ſubactis, ac cydonioru malorum ſucco aſperſis, informato paſtillos * duarum drachmaru pondere, atq; unum, ſi neq; ſiti, neque febri crucietur æger, uino læuigatum præbeto. Præſenti autẽ febri, decoctione inſpiſſato cotoneorum aridoru ſucco paſtillos detritos, propinato. Sane hi paſtilli in magnis & continentib. alui fluoribus, ut efficaciſſimi commendantur. Paſtilli teneſmo ſacri, qui malignis flatibus, & murmure infeſtãtibus, abſente tamen calore, porrigẽdi ſunt. Seminis hyoſcyami albi, ſeminis anethi, ſeminis fœniculi, ſingulorum drachmæ quinq;, ammeos drachmæ duę cum ſemiſſe, opij drachmæ tres, ſeminis apij drachmæ decem. hæc uino ſubacta in paſtillos redigito, ac unum ſeſquidrachmæ põdere, aut minoris, pro uirium & morbi ratione, uino læuigatum, potui offerto. Compoſitio electuarij de ſtyrace, uetuſto uentris

** Propter nimiã ſtupefaciẽdi uim à 3.1. incipiemus.*

*Teneſmus.*

 fluori,

©BIU Santé



fluori, et teneſmo cum flatibus malignis, abſque febri & ardore infeſtante, utiliſſima. Caſtorei, opij, aſari, ſtyracis liquidę, myrrhæ, ſeminis alterci nigri, thuris, cuiusq; æquæ portiones, * mellis quantum ad ſimplicium medicinarum exceptionē ſat eſt. huius quidem pondus inter duas drachmas & tres, ut plurimum propinabitur. Si teneſmus poſt decimũ diem protractus fuerit, nec medicamina quicquam præſidij attuliſſe cernantur, & ægrum circa pectinem dolor aliquis exercet, ad ſubſcriptum clyſterem recurrendum eſt. Panacis, oryzæ, lẽtium, quibus tribus cortices detractæ ſint, roſarum ſiccarum, balauſtiorum, calicum glãdium, cuiuſque manipulus unus, omnia tribus libris aquæ potabilis ad dimidias incoquuntur, & deinceps percolãtur. inſuper ſumuntur ceruſſæ, cineris * chartæ Babylonicę, aut ſi eius facultas non eſt, cineris alterius chartæ, utriuſque drachma una: lapidis Armenij ſedrachma, uitellus oui aſſus induratusq; unus, olei roſacei ſemuncia.

* Plurimũ 4. mellis partes ad unã medicaminũ accipimus.

* Opinor ex Dioſco. papyro fieri.

©BIU Santé

muncia, hęc omnia iam narrato decocto ſubacta, commixtaq́ꝫ, ſemel bisúe clyſteris forma ægrotanti infunduntur. Porrò ſi teneſmus in uetuſtatem inciderit, ac nullus ſanguis, ſed raſura alba & muccoſa, muccori ſanioſi non abſimilis, profluxerit, pharmaco putredinibus ſacro, uidelicet Capite quo gingiuarũ putreſcentium curationem perſecuti ſumus deſcripto, rectiſsimè ad hunc modum uteris. Portionem aliquam eius medicamẽti in pauloante deſcripto decocto ſubigito, et clyſterem unum atque alterum in aluum ex eo dimittito. Quod ſi alui fluorem ex huius clyſteris acrimonia, inteſtinorũ & ſedis muſculorum ardor ac eroſio conſequantur, enema ex roſaceo oleo tepente iniiciendum erit. Sin uero nullum notabilem præſcripti clyſteris infuſio roſionẽ induxerit, tãtiſper dum affectus reſtituatur, in eius uſu perſiſtere conſilium eſt. *A putri pituita.*

Epithema quo uenter uehemẽti & continuo profluuio afflictus, ac uiriũ robore languidus, illinendus eſt, Galliæ moſcha- *Ad frigidũ affectum utile eſt.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 193 sur 255

BIU Santé


tæ, acaciæ, cyperi, myrrhæ, gallarum, cupreſſi, thuris, omniũ partes æquales, his uino ueteri & ſubaſtringente, aut cotoneorum ſucco aſperſis, uenter crebro irrorandus eſt. Huic quoque nonnunquam panis bis coctus ex Syria commiſcetur. Cæterum ſi morbum ardor concomitetur; epithema quod duobus ſandalis, roſis à fibris liberis, lapide Armenio, nuce Indica, galla, pane bis cocto, & ſucco malorum punicorum acidorũ, aut cotoneorum, aut ſucco myrtino, cõſtat, præſidio erit. Si autem uehementi ac graui teneſmo eger tenetur, ſæpeq; ad ſeceſſum properat, nihil tamen niſi forte muccoſum quid egerit, glans iſta ſubijciẽda eſt, ſiquidem mirifice teneſmum, ſenſoriæ facultatis torporem inducẽs, ſedit. Thuris, lycij, croci, gummi Arabici, cuiuſq; drachma una: opij drachmæ duæ, informantur * glandes, quæ ano induntur.

ad calidũ affectum utile eſt.

* Alexã. ad nuclei pinei magnitudinẽ, paulòue maiores eas fieri præcipit.

## *De urinæ difficultate.* Cap. LXXIII.

A partium debilitate.

QVod ſi urina modica excernitur, aut in totum ſupprimitur, nullo tamen

©BIU Santé

men in inguinibus apparente tumore, nullaq; præſẽte grauitate aut dolore, qui aut renes, aut urinę meatus infeſtet, infra ſcriptis medicaminibus, urinæ ciendæ uim poſſidentibus, malo ſubueniendum eſt. Cuius notæ, hoc quod modo ſubijcitur eſt. Seminis apij, nitri naturalis, rubię ſatiuæ, oluſatri, baccarum iuniperi, ſeminis aſari, ammeos, ſeminis fœniculi, ſpicæ, amygdalarum amararum, cuiuſque drachmæ uiginti, ſeminis melonũ drachmæ decem: cantharidum, quarum * alæ & capita abiecta ſunt, drachma una, ammoniaci drachmæ tres. ammoniacum uino diluit, ac eo reliquis exceptis, formantur formulæ auellanæ nucis inſtar: quarum portio inter drachmã unam & tres una propinatione ex cicerũ decocto offertur. Sanè hoc medicamẽ habitus mollíciei, eiuſdem laxitati, hypoſarcæ, eijciẽdisq; his quorũ occaſione corpus exiccare cogimur, accommodum cenſetur.

* *Fuchſius alas ſinendas autumat.*

*Ab externa cauſa.*

Si urinæ difficultas à caſu, aut fœmorum, aut ani circumiacẽtiumúe partium plaga

BIU Santé



plaga apprehēdit, ægrotāti ſanguis axillari uena pertuſa (partita interim ſanguinis miſſione) detrahet, & locus affectus egelida aqua ſubinde irrorabitur, & calidioribus doloremq́ ſedantibus oleis, ad medij diei ſpacium infricabitur. Aeger quoq; ad urinæ excretionem cohortandus eſt, quam optime ſpiritus retētione, & muſculorū octo abdominis compreſſione, perficiet. At ſi ſuppreſſio urinę uesica plena ac intenſa, moleſtet, præſertim poſt ſanguinis aut puris eruptionē, medicamina, quæ grumos ſanguinis & puris in ueſica cōcreti diſcutere colliquareq́ ſolent, propinanda ſunt. Medicamen grumis ſanguinis, & puris ueſicæ amouendis, uehemēter generoſum. Cardamomi, myrrhæ, rubiæ ſatiuæ, qua ueſtes inficiuntur, baccarum iuniperi, ammoniaci, liquoris Cyrenaici, ſingulorū æquæ portiones. ammoniacum fœniculi ſucco, aut ſimili aliquo læuigatur, & eo alia excepta, in catapotia digeruntur: ex quibus drachma una quater in die, cum

*A corpore urinæ meatum obturante.*

ſuperius

©BIU Santé



ſuperius comprehenſi ſeminum decocti uncijs tribus, propinatur. Syrupus quoque acetoſus, ex aceto acerrimo pręparatus, ſubinde porrigendus eſt. Ad hęc per ſyphonem aqua ſale diluta, aut lixiuium opportune inijcitur. Compoſitio autem lixiuij ad id efficacis, ad hunc modũ præparatur. Cineris † ilicis, cineris ſarmentorum, * cali calcis, cuiuſq; debitæ portiones, his aqua quouſq; tegantur, ſuperadditur, triduoq; ita ſeponuntur, deinde illis per colum tranſmiſſis, lixiuium reconditur, & eius modica portio per ſyphonẽ in ueſicam demittitur. Cnici etiam folia, & blitum cum modico olei amygdalarũ decocta, affecto loco rectè ſuperaccommodantur. In ſolio præterea inſeſſus, cui chamæmelum, ſtichas Arabica, ſampſuchus & ſiſymbriũ incocta ſint, ægro ſtrenuè auxiliantur. Poterit quoq; huiuſcemodi ſolium ex braſſicarum ſummitatibus, & blito, & ſtercore columbino in aqua decoctis, adaptari. Sanè in his decoctis quoad per uires licebit, magno præſidio

*Arculanus ſyrupũ per ſyphonẽ immittendum exiſtimat.*

*† Aliàs, glandium.*

** Serapio uſne Græcorũ eſſe ait. Leonicenus uero telephion.*

BIU Santé


dio æger deſidebit, atq; ex iam compre-
hēſis herbis, cataplaſmata ac fotus ingui
nibus & circumiacentibus partibus, uti-
liter inducet. Quando autem ſolio inſe-
dit, ea quæ urinas citant ac mouent, po-
tui dare confert. Verum ſi hæc uniuerſa
inefficacia ſunt, ad inſtrumentum urinis
eliciendis aptum (ſyphonem, aut cathe-
ram uocant) recurrendum eſt. Si uero
urinæ difficultas poſt calculi indicia obo
riatur, ægrum ſupine procumbētem, pe-
des ac genua uarijs motionibus in altum
conquaſſare concutereq; decet. Cæterū
ſi urina non profluxerit, operæprecium
erit, & hic quoque ad depellendum cal-
culum, colli ueſicæ orificio incumbentē,
inſtrumēto (quo in ueſicam demiſſo uri-
na emollitur) auxilium præſtare. Perca-
uendum tamen, ne ueſicæ ceruix inflam
matione tentata, eius inſtrumenti dimiſ-
ſione iritetur. Ad ſuppreſſam urinam
inter cætera mirifice conducūt, frequen-
tes in labro calidiore inſeſſus, & ex oleis
calidioribus emolliētibusq; crebræ inun
ctiones.

*Lapide in ueſicæ adhuc ceruice hærente.*

*Totius capitis epilogus.*

©BIU Santé



ctiones. Item medicamēta urinas mouentia epota præſidium præſtant. Maxima igitur diligentia ab acidorum, auſterorum, acerborum, craſſorumq́ eſu, ægrotantem circumcidere conducit.

De renum & ueſicæ calculo. Cap. LXXIIII.

Lapidem ueſicæ declarant, continui pudendorum ægri pruritus, & crebra manuum cōtrectationes, & frequēs ipſorum tentigo, ſubitaq́ ipſorum laxatio, & urinæ cum difficultate ac dolore excretio: in quo affectu longaum quoq́ à ueſicæ calculo compreſſum, interdum procidere ſolet. At calculum renibus innatum, teſtantur laborantis cum urinæ difficultate, uehemens renum & meatuum, per quos urina è renibus in ueſicam diſtillat, & circumiacentium partium, & inguinum dolor, & aluus initio aſtricta, & ciborum nauſea. Calculo quidē in ueſica concreto, hæc infrà ſcripta compoſitio utilis eſt, quoniam ad cōminuendum lapidem etiam uetuſtiorem, mirifice efficax eſt. Et ego quoq́ eius uſu, magnum

*A craſſo terreoq́ humore, ignea caliditate incraſſato.*

©BIU Santé



gnum lapidem minori quadraginta dierum ſpacio, confregi. Habet autem ea ſe in hunc modum. Fructus balſami, ſeminis raphani, dauci, ſeminis oluſatri, corticum radicum opoponacis, corticũ radicum capparis, amygdalarum amararum, *baccarum lauri, florum iunci rotundi, cyperi, ſpicæ Indicæ, caſiæ ligneę, ſcolopendrij, ſeminis rutæ ſylueſtris, gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, aſari, cardamomi, ammoniaci, ſagapeni, bdellij, piperis, acori, omnium æquæ portiones, gummi in balſami oleo ſufficienti, diſſoluti, ſubagitentur: deinde reliqua ex his conficiãtur, finganturq; globuli, quorũ ſingulis diebus drachma ſeminum incidentiũ decocto ſoluta propinetur. Nonnunquam & obulus cinerum ſcorpionũ unà cum eis porrigitur. Scorpionũ porrò cineres in hunc modum apparari ſolent. Accipiuntur ſcorpiones, qui in ollam fictilem repoſiti, & olla diligentiſſime obturata, ſuper tegulam in furnum non uſque adeò calidum dimittuntur, ibiq;

*Alij dãno cochleæ ſaxifragiã uertunt.

*Scorpionũ cineres.*

©BIU Santé



ibiq; ad ſex horarum ſpacium ſinuntur, & inſuper exempti, ac in tenuiſſimum cinerem triti, uſui futuro in uitreo uaſe reponuntur. At æger decocto cicerum, & cibis aromatibus ſeminibusq; calidioribus præparatis, alendus eſt. A lactis uero, & caſei, aliorumq; craſſorum & glutinoſorũ ciborum eſu reuocandus, quoniam eorum ſuccus facile in calculũ à caliditate induratur. Pręterea deſcendat æger in ſolium, cui braſſicarum folia, ſampſuchus, * blitum, abrotanum, mentaſtrum, columbinum ſtercus, & medulla ſeminis cnici incocta ſunt. Quinetiã inguina ſcorpionum oleo inungẽda ſunt, atque eius momentum in ueſicam per ſyphonem infundendum. Oleum ſcorpionum. Ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticis radicum capparis, cuiuſq; uncia una. Hæc in libra olei amygdalarum amararum ſoli expoſita, marceſcere ſeptimana una ſinũtur, deinde expreſſa percolantur, in cuius percolati libra inijciuntur ſcorpiones decẽ, & iam

*Virib. noſtræ ſpinachiæ reſpõdet.*

*Meſuas duplex deſcribit, ſecundũ hinc ſumptum eſt.*

M omnia

©BIU Santé

omnia rurſus in uaſculū adamuſſim occluſum, ad ſolē duabus hebdomadis exponuntur, dein per çolum tranſmiſſa futuro uſui reconduntur. Quum itaq; hoc genus olei quàm optimum ac laudatiſsimum ad propoſitum affectum exiſtimatur, eius portio per guttulas in ægri penem, poſtquam è ſolio deſcēderit, rectiſſimè inditur. Cæterum ſi lapis in ueſica impendio increuerit, illi nullum, niſi à manuali inciſione, qua euelli queat, remedium præſtari poteſt. Verum huius ſectionem perſcribere, noſtri propoſiti libri limites haudquaquam admittunt. Cum autem renibus calculus innatus eſt, æger in ſolium emolliendi ui præditū, frequenter ſe demittet, & renes, et lumbos, nuper enarratis oleis inunget. Ac lintea quoq;, calefaciendi uim obtinentib. liquoribus immerſa, dolēti loco admouebit, ex quorum claſſe ea, quæ hactenus enumerauimus medicamina ſunt. Potui autem, calculos confringētia diſſecantiaq;, non tamen manifeſto calefacientia, præbeto.

Apud Paul. lib. 6. c. 60. & Cel. lib. 7. cap. 26.

Verum

©BIU Santé



Verum ſi euenerit calculum ex renibus per meatus urinarios, quos Græci οὐρητῆρας uocant, in ueſicam decumbere, eaq; occaſione ueſicæ ceruicem obturare: aut ſi idem à ueſicæ calculo fiat, aqua calida paulatim ab alto, pudẽdorum partibus, donec rubore ſuffunduntur, inſtillanda eſt, poſt hanc, oleum tepidum guttatim ſuperfundatur, parteſq; illæ infricentur.

Porrò extrema urgente neceſſitate, ad exteriora ſuccio remedio erit, ſiquidẽ ea calculũ dimouebit, & cum urina fortaſſe extra penem ſimul alliciet. Quoniam ſi anguloſus magnuſúe extiterit, inferiorẽ ueſicæ ceruicis partem, qua ſcilicet eius corpus ſpectat, incidere neceſſitas iubet, ut hinc lapis manuali arte euelli queat.

*De renum & ueſicæ inflãmatione.* Ca.LXXV.

PHlegmonem renum, cõcomitatur febris inordinata, nec uſque adeo ar dẽs, ſed quæ cum horrore, & rigore ęgro tantem apprehẽdit, & frequens mictus, & inferiorum dorſalium partium dolor grauis, unde ſi quando æger dimouetur, *Renum.*

M 2 in

BIU Santé



in his partibus pondus tanquam ab ilijs ſuſpēſum, propendere ſentit. Cum itaq; hæ notæ conſpiciuntur, ſi modo nihil aliud prohibet, citra cunctationē in principio, axillari uena è directo partis dolentis grauitateq́; implicitæ ſecta, ſanguinē ægro minuemus. Regioni quoq; dolenti forinſecus cataplaſmata, & fotus, q mediocrem refrigerandi uim obtinent, accommodabuntur. Quorum uſu ſi affectus propellitur, bonū putabitur, quoniam nulla ſuppuratio expectanda erit. Cæterum ſi neq; dolor, neq; febris, neq; grauitas horum applicatione conquieuerint, urinæq́; frequēs ſtillicidium ægrum laborioſe moleſtauerit, pus hac in parte colligi indicium eſt. Tunc itaq; cataplaſma dorſo induces, quod chamæmelo, ſemine lini & furfuribus, oleo ſeſami ſimul exceptis, conſtat. Iam etiam in ſolio ex emollientib. herbis parato, inſeſſus ſummè proſunt. Porrò ſi æger pus minxerit, ſemina ſubſequente Capite ad urinæ ardorem recenſenda, donec imminuatur

*In principio quoque Gal. axillarem ſecat, aliàs autem in poplite. ex baſilica.*

decreſcatq́;

©BIU Santé



decreſcatq́ pus, ægrotanti offeres. Dein de paſtillos in capite ſanguinis & puris mictui proprio deſcribẽdos, exhibebis.

Inflammationi autem ueſicæ comites ſunt, febris * continua ardens, & urinæ reddendæ impotentia, & eiuſdem ſtillicidium: & ceruicis ueſicæ, & fœmorũ imiq́ uẽtris dolor. Quare uenam axillarem hoc affectu implicito, incidere præſidio eſt, & alia quæ renum inflammationi accommoda retulimus, adhibere, confert. *Veſicæ.* ** Interpres conclusa.* *Baſilicã*

Cæterum non omnis renum inflãmatio in uomicam tranſit, ſeu diſcutitur, ſed aliqua in duriciẽ etiam occalleſcit, cuius grauitas in renibus tanquam ab ilijs ſuſpenſa, abſente febri, moleſtiam ægro infert. Huic igitur clyſteres infuſi ex fæno græci, & ſeminis lini cremoribus, atq́ ex chamæmeli, braſſicarum, meliloti, maluæ ſylueſtris & furfurum decocto, uehementer conducunt. Nec minus iritatus uomitus, ob materiæ diuerſionem, adiuuat. Cataplaſmata quoq́ ex iam comprehenſis emollientibus medicamentis pręparata, *Scirrhi renum curatio.*

BIU Santé



parata, regioni renum accõmodata, non parum auxiliantur. Iam ſi urina modica egeritur, prædictis, ea quæ urinæ ciendæ ſunt, accommode adijciuntur. Sanê huic quidem affectui non mediocrẽ curam diligentiamq́ adhibere conuenit, quoniam huiuſcemodi renum duricies (quam Græci σκίῤῥον appellãt) aquæ inter cutem interdũ autor, non aliter quàm iocinoris aut lienis duricies eſſe conſueuit.

*De urinæ ardore.* *Cap.* LXXVI.

*Ob urinæ à calidis ſuccis acrimoniam.*

QVando ægro inter mingendum ardor, punctilesq́ cruciatus in ueſicę ceruice oboriuntur, à ſalſis, acidis & acribus circumſcindendus eſt. Et cibis humectantibus ac aluum emollictibus herbis præparatis, & iuſculis, hisq́ in leniendo uentre paribus, alendus. Quinetiam ad reprimendum humorum acrimoniam, ſubſequens medicamen porrigendũ eſt. Seminis melonum excorticati drachmæ triginta, ſeminis cucumeris citrinati, ſeminis cucurbitæ domeſticæ, ſeminis portulacæ,

©BIU Santé



tulacæ, ſeminis papaueris albi, ſingulorum drachmæ tres, ſeminis alterci albi drachmæ duæ, ſacchari albiſſimi quantũ ſimul omnia pendẽt. huius pulueris quotidie drachmæ tres mane, & tantundem rurſus ſub ueſperã dormituro ægro cum uncia ſyrupi uiolacei, aut iozulapou, & dulcis radicis decocto, offeruntur. Ad hanc quoque noxam quàm diligẽtiſſime attentum Medicum eſſe oportet. ſiquidẽ urinæ acrimonia, dum perſeuerat, ueſicę & urinę meatuum exulcerationem creare ſolet.

*Ad ſanguinem & pus mingentes.*
*Cap.* LXXVII.

SI à caſu, aut plaga alicui ſanguis per penem erumpat, uena axillaris (partita interim ſanguinis detractione) recte ſecatur, & paſtilli ex ſuccino potui accommode porriguntur. Paſtilli de ſuccino. Succini, gummi Arabici, utriuſq; drachmæ quinq;, balauſtiorum drachmæ duæ cum ſemiſſe, hypociſtidos tantundẽ, thuris drachmæ duæ: ſeminis apij, opij, utriuſq; *Ob uenæ rupturam.*

 uſq;

©BIU Santé



uſq; drachma una, redigũtur in paſtillos ſeſquidrachmæ pondere, quorum unus quotidie rhois decocto dilutus, utiliter offertur. Inter cibos quidem, conueniunt glutinoſæ & uiſcoſæ carnes cum rhu obſoniorum, aut omphacino elixæ. A ſalſis autem & acribus opportune æger arcetur. Verum icto loco cataplaſma ex lapide Armenio, acacia, aloë & lycio, poſca exceptis, ſuperaccõmodabitur. Si ſanguinis mictu poſt acrium eſum, aut uini acrioris, calidiorisq; uſum, ęger angitur, uena axillaris ad ſanguinis retractionem incidenda eſt, atq; paſtilli ex ſuccino exhibẽdi. Vniuerſa quoq; uictus ratio planè eadem cum præcedentium erit. Cæterum ſi ex ulcere eroſione cõcitato, pus minxerit, paſtillos hos prębeto. Conſtãt autem, ſeminis melonum, ſeminis cucumeris citrinati, cucurbitæ domeſticæ, ſingulorum corticibus liberatorum drachmis uiginti, lapidis Armenij, gũmi Arabici, thuris pinguioris, cinnabaris, ſingulorum drachmis decem, opij drachmis

*Ex uenarũ eroſione.*

tribus,

©BIU Santé



tribus, ſeminis apij drachmis duabus, fin gũtur ex his paſtilli drachmarũ duarum pondere, quorum unus uncia ſyrupi albi papaueris detritus, ſingulis diebus potui offertur. Quinetiã ceruici ueſicæ, infrà ſcripti collyrij portio, per ſyphonem utiliter inditur. Collyrium de ceruſſa.

Ceruſſæ, ſarcocollæ, thuris, gũmi Arabici, opij, cinnabaris, ſingulorum æquę portiones: hæc ſucco portulacæ aſperſa, in collyria redigũtur. Deinde per ſyphonem mulſa ægro in ueſicam infunditur, ac ad urinæ excretionẽ ægrotãs ab aſtantibus utiliter incitatur. inſuper poſtquã urinam eminxerit, huius collyrij portio aſinino lacte ſoluta, per ſyphonẽ ueſicæ infunditur.

*De his qui inuiti urinam reddunt.*
Cap. LXXVIII.

SI æger magnam urinæ portionem emingit, nullam tamẽ inter mingendum acrimoniam ardoremúe percipiat: aut ſi quis noctu ſe commingit, uerũ neque ſiti, neq; aliqua corporis macie, colli-

©BIU Santé



quationeúe inde tenetur, ea quę urinę reſtringendæ ſunt, utiliter utriſque offerun tur. Quale quod iam ſubſequitur medicamen eſt. Glandium drachma una, thuris drachmæ triginta, ſeminis coriandri exiccati, gummi Arabici, lapidis Armenij, ſingulorum drachmæ decem, omnia in puluerē ſubigũtur, cuius mane drachmæ tres, & totidem ſub noctem, cum momento decoctionis inulæ campanæ, ut medicamen ad ueſicam uſque deueniat, propinantur. § Quoniam uero hic affectus, renum retentricis imbecillitatem, aut urinæ meatum ambientem muſculũ relaxatum, aut aliam quampiam frigidã uel humidam occaſionē ſui autorem habere ſolet, non immerito his dum puluerem offers, ipſis dicatis remedijs proſpicere debes

Διαβήτης. § . Quod ſi æger in hoc affectu, ſiti inexplebili, quæ nimio cruciatu clamorem ægrotanti excitet, cõficiatur, et potio protinus qualis aſſumpta eſt, per urinas tranſmittitur, hordei decoctum cum herbæ pulicaris ſeminis cremore,

porrigendum

©BIU Santé



porrigendum eſt, & æger immaturarum uuarum ſucco, & cibis illo & rhoi obſoniorum præparatis, & aliȷs his perſimilibus eduliȷs, enutriendus eſt. Lac quoque acidum, ex quo butyrum coactum ſit, & quæ ex hordeo cortice libero parat̃ puls, magno auxilio offerũtur. Potui autem, decoctiõe ignis aut ſolis inſpiſſati ſucci, qui acida qualitate pollent, propinabuntur, & ab omni exercitio, & mulierũ concubitu æger arcebitur. Præclarè uero faciunt hi paſtilli, potui oblati. Spodiȷ drachmæ decem, ſeminis lactucæ, ſeminis portulacæ, utriuſque drachmæ quindecim, coriandri exiccati drachma una, roſarum rubratum, lapidis Armeniȷ, ſingulorũ drachmæ quinq;, balauſtiȷ drachmæ duæ, camphorę ſedrachma. terũtur in puluerem, & plantaginis ſucco excepta, digeruntur in paſtillos: quorũ drachma malorum punicorum acidorum ſucco ſubacta, porrigitur. Herbæ etiam infrigidãtes, cuius generis ſunt portulaca, plantago, & ſolanum, commodè renum regioni

*Aëtius lac ſciſſum habet.*

*Arab. Rob uocant.*

BIU Santé



regioni ſuperligantur. Ab omni quidem calidorum ciborũ eſu, & uino, ac his quę urinas citant, imprimis abſtinere cõfert.

Inter ea quę ſtolidorũ imperitorumq́ medicorum inſcitia, in hoc affectu delin qui ſolẽt, totius corporis tabes, colliquatioue, primas obtinet: in quã ægrum pro pinatione calidorum medicaminũ & uri nas promouentiũ, e ueſtigio inducunt.

*De lumbricis in ano ac uentre natis.* C.LXXIX.

*Prolixius agit Aëtius Sermo. 9. cap. 39.*

QVi hoc malo torqueri ſolet, à craſſis & glutinoſis ac pinguibus cibis, nimiaq́ alimenti infarcione abſtineat oportet, & indies panis offulas, ſinapi muriaq́ immerſas, ante cibos magna utilita te aſſumet, ſiquidem ea ratione, lumbricos procreari prohibebit. § quòniã origo omnium trium generũ uermium, uidelicet lumbricorũ, teredum, et aſcaridũ, ex cruda, craſſa, pituitoſaq́ materia putredini accommoda, exiſtit § . Si tamen nihilominus poſt horũ incidentiũ uſum inteſtinis innaſcantur, nullũ ab expulſione remedium eſt. Medicamen porrò tere

tes,

©BIU Santé



tes, & longos rotundosq́ lumbricos expellens, pręparatur ex ſemine * burungij excorticato, hoc eſt, eriſymi, aut ut alijs placet, meliſſophyli, aut erucæ ſylueſtris, quando ſcilicet ægro fame uexato, eius ſeminis drachmæ ſeptem in lacte lęuigatæ, porrigũtur. Medicamentum aliud generoſum, agẽs lumbricos. Burungij ſeminis excorticati, ſeminis nigellę, turbit, cuiuſque pares modi: lupinorum, naſturcij, ¹arenulæ rubræ ex Mecha aduectæ (quam Arabes * kanabel appellant) ſingulorum pars dimidia, omnia in puluerem ſubigũtur. Expoſcente autem uſu, æger per triduum lac recenter mulctũ & calidum bibet: & deinde tertio die uictu tenuiſſimo enutritus, cõmemorati pulueris drachmas ſeptem lacti adhuc ex uberibus calenti, & aceto iniectas, aſſumet, idq́ eo potiſſimũ tempore, quo fames ipſum cruciat. Aſcarides uero uermes minuti, in extremo longaone & ani fibula nati, ſunt, quamobrem ibidem pruritum (cuius gratia anus ſubinde infricatᷣ) excitant.

* *Alij abrotanũ interpretantur.*

¹ *I. cãbill.*

* *Ita Venetĩ ſuã ſemẽtinã Arabice uocãt, tamẽ nec Aui. nec Sera. eſt. Vide Antoniũ Muſã 279. ſimplici.*

©BIU Santé



tant. Depelluntur uero huiuſcemodi uermes, lana molli oleo in quo porrum ebullierit imbuta, ac in ani fibulam cum ſpecillo detruſa. poteſt autem lana tenera citrij mali oleo, aut mentaſtri liquore, aut momento aloës, uaccino felle ſoluto, intincta, in anum etiam ad eundem uſum ſubijci.

## De hæmorrhoidibus, ſciſſuris, & fiſtulis ani. Cap. LXXX.

Hemorrhoides. DVm ſanguis purus citra dolorē ab ano per certa interualla emanat, minime ſupprimendus eſt, niſi forte ſua profluuij copia laborantis uires deiecerit. ſiquidem huiuſcemodi ſanguinis proruptio, multis affectibus hoc uitio detentum, immunem reddit. Cæterū ſi eo ſanguine ab oris uenarum, tanq̃ ex capitulis quibuſdā ſurgentibus profluēte, ægri robur deijcitur, ſuppreſſio ex uſu erit. Proinde paſtilli de ſuccino, rhois decocto ſoluti, cōmode offerūtur. Cibis autē rhus obſoniorū in condimentū accipientibus, & ſucco immaturarū uuarum præparatis,

BIU Santé

paratis,hisq́ perſimilibus,quibus alendi facultas eſt,rectiſsime enutrietur. Porrò ſi uires plurimum proſternantur, expreſſo carnium, cui plerunq́ cotoneorũ ſuccus,& uinũ ſubaſtringens admixta ſint, alẽdus eſt. Vinũ quoq́ auſterũ propinãdum. Præterea iocinori emplaſtrũ de ſpica, Capite de iecoris dolorib. inſcriptũ, utiliter ſuperaccommodabitur. At ſi hęc inefficacia fuerint,confectio ex ferri ſtercore apparata,porrigetur. Ea accipit, myrobalanorũ Indicarum, belliricarũ, emblicarum,ſingulorũ drachmã ſemiſſem: ſpicæ,iunci odorati floris,cyperi, zingiberis, piperis, ammeos, thuris,cuiuſque drachmas duas: ſtercoris ferri in aceto ſeptimana una macerati,ac deinde combuſti drachmæ quindecim, excipiũtur omnia deſpumato melle ſimul cum myrobalanorum emblicarum iure decocto,uelut Capite de melancholia comprehẽſum eſt. Huius iuglandis inſtar quotidie exhibebitur. ea nanq́ cõfectio, è uenulis ani, & ex ijs per quas menſes mulierib. repurgantur,

pag.139.

BIU Santé


gantur, manantem ſanguinem ſiſtit. Pręter hæc quoq;, diuturno uentris profluuio, nõ mediocri ea præſidio eſt. Quod ſi excreſcentia aliqua eminẽs, & magnos excitans cruciatus in ano oboritur, uerum à qua nihil reſudat: cepæ ſuccũ, aut fel uaccinum modica lana illitum, excreſcentiæ applicato. Glandẽ quoq; oblongam ex malo terræ paratã, in anum ægri tota nocte retinendã indito, & ſi forte fortuna glans ex ani fibula propellitur, rurſus donec excreſcẽtia eius acrimonia incidatur, atq; adaperiatur, ſanguisq; profluat, eam ſubijcito. Cæterum ſi quãdo cum uehementi dolore, inflãmatio quoque ingens anum infeſtet, uena ægro ſecanda eſt, atq; emplaſtrum infrà ſcriptũ ſuperligandum, quoniam hoc probe hæmorrhoidum dolorem ſubleuat, potiſſimum ſi adiunctam habeãt inflammationem. Accipito itaq; ad eius emplaſtri cõpoſitionem, iuris decoctionis meliloti, & chamæmeli tantiſper dum tabuerint in aqua elixatorum, tantum quantum uola una

*Græci cõdylomata uocare ſolent.*

©Biu Sante



una continere potes, & deinde oui aſſi luteum unum, croci drachmã unam, opij drachmas duas, ſeminis lini contriti, fœnogræci, maluæ ſylueſtris, ſingulorũ manipulũ: excipito omnia ſapa, hoc eſt decocto uino, in quo bdellij drachmæ tres dilutæ ſunt. Iam poſtq; excreſcentiæ ſuperficiẽ oleo ſeſami, in quo gallinaceus adeps, aut anatis ſolutus fuerit, inunxeris, prædicta emplaſtri modo adhuc egelida dolenti loco admoueto, extrinſecus betæ, aut lactucæ folijs tuendi gratia impoſitis. Aliud remediũ, dolorem inflammationemq; remittens. Cepam albam quàm optime coctam, unà cum butyro uaccino tantiſper dum emolliatur, conterito, & ita ambo modicè calentia ano inflammatione tentato ſubmittito. id nãq; mirifice dolorẽ reprimit. Quod ſi languẽtis anus ſciſſuris, (quas Greci ῥαγάδες appellãt) infeſtatur, quę exiccata aluo ob fæcum duriciẽ cruciatus, dum æger egerit, inferũt, catapotia ex bdellio ſubinde propinata, ſtrenue auxiliant. Quæ conſtant, myrobalanorũ nigrarum, chebularum, Sciſſura. ῥαγάδια.

©BIU Santé



rum, utriuſq; drachmis decem, ſagapeni drachmis tribus, naſturtij albi drachmis duabus, bdellij mollioris & pinguioris drachmis quindecim, oĩa porri ſucco, in quo bdelliũ ſubactũ ſit, excepta in catapotia redigũtur, quorũ doſis identidẽ aſſumpta inter drachmã unã & † quatuor eſt. Si aũt affectã partẽ ardor affligit, unguẽto de ceruſſa eam circumungito. Ab ſente quidẽ æſtu, unguine ex cameli gibbi adipe, et bdellio pręparato, affectã partem illinito, quod Arabes unguentũ de Sene uocãt. Huius aũt cõpoſitio in hunc modũ ſe habet. Cerę luteæ, olei ſeſami, adipis anatis, medullæ cruris uaccini, adipis ex cameli gibbo collecti, bdellij, cuiuſq; paria pondera. bdelliũ ſeminis lini cremore ſoluiẽ, & alia eo excepta, in linimẽtum redigũtur, cui nullũ uiribus par eſt. Quod ſi ægrum profundiores ſciſſuræ, à quib. fœtidũ pus reſudat, implicẽt, medicamen acre Capite de ulcerib. deſcriptũ, ijs admoueto, et ut biduum admotũ ęger ſuſtineat, ſollicitato. At ſi reliquię aliquæ per ſudores erũpentes remãſerint, rurſus tantiſper

*† Alibi, tres*

*7. ad Alman. cõſtat ex æruginis et mellis æquis portionibus.*

©BIU Santé



tantiſper dũ locus exiccetur, et nihil promanet, nuper dictũ medicamen ſuperaccõmodato. Si autẽ ea, quæ hac in parte innaſcuntur, in tantũ prominẽt propendentq́ʒ, ut arida ac liuida fiant, butyrũ tepidũ donec liuor amoueat̃, ſubinde ijs inungito. Verũ ſi denuo huiuſcemodi defluens ſudor, ęgrum in poſterũ moleſtet, * medicamẽ acre, et ad ſanioſa ulcera optimè faciẽs, iam ſecũdo applicato. Sin aũt nihil reſudat, unguento de * cerusſa optime huiuſcemodi excreſcẽtijs ſubuenies.

*Hæc omnia ferè ſeptimo libro ad Al. deſcribuntur.*

Eſt & quãdo uenulę ſanguine manantes, & foris propendẽtes, ignito ferramẽto curant̃, ſed eius rei tractationẽ, propoſitus liber minime admittit. Cæterũ iter reliquas corporis partes facillime anus fiſtulis tentat̃, quum arctis & oblõgis ſinibus ex ſua figura ſubiectus ſit. Fiſtulæ autem hę nonnunq̃ penitus penetrãt, nonnunq̃ cæcę ſunt. Proinde ſi utrinq́ʒ pertuſæ fuerint, flatus & ſicciora recrementa per eas protrudunt̃. Si aũt una tantũ parte foratæ ſunt, neq́ʒ ſtercus, neq́ʒ flatus inde prorumpũt. Harũ autẽ pręſidia cõple

*Paul. lib. 7. cap. 79.*

*Fiſtulæ.*

*Pulchre apud Paul. li. 6. Ca. 66.*

©BIU Santé



tè percẽſere, plus eſt, quàm ſuſcepto hoc libro limitari poſſet. Verũ quia mortales pene omnes in harũ curationibus, q̃ ſæpiſſime in maximos errores labunt̃, quo nõ exiguæ noxæ ſubſequi ſolẽt, perſtringemus illa, quæ huic affectui cõgrua prę ſidia putamus, quaq; ratione ab huiuſcemodi uitijs ſibi præcauere poterunt, exequemur. Exiſtimamus itaq; fiſtulã utrinq; pertuſam, & in ano penitius deliteſcẽtem, nulla ratione eſſe ferro cõtingendã. ſiquidẽ in his ferri inciſio, ſtercoris pręter uoluntatẽ egeſtionẽ cõcitat, licet et aliud quoq; ſit, ꝓhibens fiſtulã perfoſſam ferramẽto tentari: nimirũ quũ quoad uixerit æger, hoc in ſtatu à ferro nõ læſus, permanere poſſit, nullã inde ſcilicet inſignẽ noxam, præter ſaniei reſudationẽ percepturus. Verũ ſi id quod è fiſtula profundit̃, acre & mordax odoreq; fœdũ exiſtit, cuiuſq; copia indies increſcit, fiſtula putrida quę herpetẽ exedentẽ ſibi comitem habet, ęgrũ infeſtat. Cui medicamine acri, erodẽteq;, & deinde deperditã carnẽ reſtituẽte, priuſq̃ malũ dilateſcat augeaturq;, ſubuenire

*Opinor id eſſe, quod melle & ærugine conſtat, &c.*

©BIU Santé



ſubuenire debes, antea tamē leuiore quopiam tentato. Porrò ſi id qđ reſudat, exiguũ, nec mordax, nec odore fœdũ fuerit, ſicꝗ malũ non ſerpſerit, nulla inde præter reſudationē & fluxũ habēda ſuſpicio eſt. Poterimus tamē huic, ut exiccet, et ſubſideat, & niſi per lōga interualla quicꝗ reſudet, ſubuenire: atꝗ rurſus ubi ſanies emanat, præſcriptũ medicamen ad fiſtulas, huic quoꝗ fiſtulæ accōmodare, eaꝗ ratiōe totā ęgri uita, blādire illi nitemur, nullā inde notabilē noxam ęgrotāte percepturo. Rationē autē adminiſtrādi medicaminis hāc cenſeto. Ante omnia fiſtulam, donec quicquid in ea conſeruatũ ſit ꝓfluxerit, cōprimito, deinde collyrij Capite de oculi fiſtula deſcripti, portionē aliquā ſucco plantaginis, aut pluuiali aqua læuigato. Iam ſi fiſtula ſpecillũ recipere poſſit, ſpecillũ molli lana inuolutũ, hocꝗ liquore imbutũ, fiſtulæ imponito. Si aũt ob anguſtiā, aut loci diſtantiā, fiſtula ſpecillũ recipere nequeat, reſupinato ægro, alteroꝗ fœmore puluinari incũbēte, colliriũ ſucco plātaginis, aut illi ſimili ſolu-

*Eas curationes palleatas practici uocant.*

©BIU Santé

tum,guttatim ꝑ interualla fiſtulæ immanare ſinito. Hoc qdẽ tribus inſecutis diebus mane, et ſub ueſperã, opportune per ages. Pręterea in aq̃ æneo uaſe calefacta inſeſſus, & ex eadẽ lotiones, ex uſu erũt.

Ad *procidentiã ani & uuluæ.* Cap. LXXXI.

Ani. SI anus inflãmatione liber ꝓcidit, itaq; ſe habet, ut impulſus in priſtinũ locũ protrudi ac retineri queat, ſumito ceruſſæ, balauſtij, gallarũ, aluminis, ſtibij, ſingulorũ pares modos, & ea in tenuiſſimũ pollinẽ deterito, procidentiq; ano inſpargito, ipſo prius oleo roſaceo calẽte circũlito, aut uino auſtero deterſo. Deinde ſuo loco repoſitũ anum, deligato. Id tamen ꝓprijſſime, poſtq; æger excreuit, tẽtabis, ne ſtatim ad egeredũ neceſſitas ipſum urgeat. Sumunt̃ quoq; ad pręſens uitiũ, gallæ, balauſtia, glandularũ calices, myrti folia, quæ ſimul aquę donec ea rubeſcat incoquũtur, & deinde ex huiuſcemodi decocto inſeſſus & lotiones parant̃. Cæterum ſi anus ob inflammationẽ tumidus, imponi nequeat, æger in aquã calidã cõſcendet, & ei ad tẽpus immorabitur, atq;

anum

©BIU Santé



anum cera, cui chamęmelinũ oleum, aut anethinũ contemperatũ ſit, illinere, quouſq; reponi queat, conſiliũ eſt. Poſtq; uero recōdi poteſt, ſuprà præſcriptis aſtringendi uim poſſidentibus pulueribus, & faſcijs illi rei adaptatis, utendũ erit. Vterus uero ſi declinauerit, eadē ratione illi ſubuenire decet. At in hoc uitio uinculis fortioribus uti, & ægram ſupinam & eleuatis fœminibus, ijsq; ſibi mutuo innitentibus, decumbere neceſſarium eſt.

*Vuluæ.*

*Græci ad id peßis aſtringentibus utuntur.*

*Ad mēſes cōfertim erūpētes ſiſtēdos.* C.LXXXII.

Immoderate profluentib. mēſibus retinendis, paſtilli ex ſuccino, aſtringente quopiã liquore læuigati, atq; ſeptimana una ita ꝓpinati, optime faciunt. Quibus ſi nō cōquieuerint, cōfectio quæ ferri ſtercus accipit, exhibebitur, & uena cubitũ perreptãs, opportune (partita interim ſãguinis miſſione) incidetur. Cucurbitulæ quoq; ſub mãmillis infigēdę ſunt, et cibis auſteris ac refrigerãtibus utendũ. Sũmè etiã facit medicamen hoc, in ęgræ ſinum inſtar peſſi immiſſum. Thuris, balauſtij, gallæ, ſtibij, acaciæ, aluminis, ſingulorũ

*Ob tenuem & mordacem humorem.*

N 4 æquæ

©BIU Santé



æquæ portiones, his in tenuiſſimũ pollinem redactis, lana quę ad peſſum ſat eſt, eo puluere circũlinitur, ac ita in mulieris pudendũ inditur. Epithemata quoq; Capite de uentris profluuio cõprehenſa, inguinibus & lumbis inducere, & in aquã æneo uaſe calefactã conſcendere, opportunũ eſt. Porrò ſi hæc nõ profuerint, acutior peſſus, ut q̃ cruſtas ſua ui inducit, in uteri collũ diutius retinẽdus, ſubijcitur.

*Pag. 169, et 170. deſcribũtur duo, & ad calidum ſcilicet affectũ, & ad frigidũ.*

*Ad ſuppreſſos menſes citandos.* Cap. LXXXIII.

*A cõſtipatis frigore meatibus, aut craſſo ſanguine.*

CVm mẽſtruæ purgationis ſtrãgulatui magna ſubſequitur noxa, paſtillos ex myrrha porrigito. Recipiũt autẽ, Myrrhæ drachmas tres, ſeminis lupini adamuſſim cõtriti drachmas qnq;, foliorum rutę, mẽtaſtri, pulegij, cumini, rubię ſatiuæ qua ueſtes inficiunt, liquoris Syrenaici, ſagapeni, opoponacis ſingulorum drachmas duas, his baccarũ iuniperi iure ſubactis, informantur paſtilli duarũ drachmarũ põdere, & unus iure decoctiõis baccarũ iuniperi detritus, in die exhibet. Sanè hoc medicamen adeò in ducendis menſib. pollet, ut etiã fœtus educat, et inter

BIU Santé

ter primos dies conceptionẽ facile impediat, ſi quæ eo identidẽ utatur. Ad hęc cucurbitulas popliti agglutinare, ac uenam interiorem malleolum perreptãtem, aut poplitis incidere cõfert. Poſtremo fœminibus cucurbitulas cum cutis inciſione defigere, non infimũ auxilium præſtat.

*Ad uuluæ ſciſſuras.* *Cap.* LXXXIIII.

HIs curãdis, medicamẽ ani rimis, ſeu fiſſis ſacrũ, ex uſu erit. Præparatur quoq; ad idẽ peſſus ex anatis adipe, œſypo, hoc eſt lanæ ſuccidæ ſordibus, cruris ceruini medulla. hæc cera, oleo liliј aut narciſſi ſubacta, excipiunt, atq; ex ijs formatus peſſus in ęgræ ſinũ dimittit, dũmodo neq; febris, neq; ardor ægrã moleſtet. Quoniã ſi rimis æſtus cũ eroſione adfuerit, oleum roſaceũ illitũ optime facit: nec minus quoq; ex ceruſſæ unguẽto peſſus ſubditus iuuat. At ſi uehemẽtior calor ægrã affligit, ſumito portulacę, aut lactucę ſuccũ, aut herbæ * pulicaris ſeminis cremorẽ, fingitoq; laminã plumbeã leuitati marmoris cui colores interunt ſimilẽ, & illi in circuitu labrũ inflectito, ac deinde dicto-

*De hac ut alij Arabes, Rhazes nõ perperam ſentit.*

©BIU Santé



dictorũ ſuccorũ aliquẽ laminæ infũdito, et correſpõdẽte lęuitati piſtillo plũbeo, laminã donec ſuccus debitã ſpiſſitudinẽ recipiat, plumbiq; nõ exigua portio ipſi admiſceatur, terito. Iam * illi ſucco roſaceũ oleum admiſceto, ac informato peſſo, in ægræ ſinum ipſum ſubijcito. Hoc enim remedium uteri cancro exulcerato, eiq; conſimilibus uitijs auxilio eſt.

* Aëtius μολύβδου χυλὸν uocat.

Cancro me detur.

*De uuluæ inflammatione.* Cap. LXXXV.

INflammationẽ ſi febris ardorq; cõcomiteẽ, ſanguis ex † axillari minuendus eſt, & ægra ptiſana enutrienda. Renibus quoq;, & lũbis, & fœmoribus, et ſumini, epithemata calidiorib. tumoribus dicata ſuperaccõmodabimus, & locũ alijs refrigerãtibus (à forti ligatura abſtinẽtes) uehemẽter infrigidabimus. Verũ ſi febris et æſtus cõquieuerint, ac aliquæ inflãmationis calidæ reliquiæ in duriciẽ occalleſcentes ſupermãſerint, liquidis & emollientibus unctionib. ac iniectionibus per inferiora utẽdũ erit, & mulier in decocta ſuppurãdi emolliẽdiq; ui pollẽtia deſidebit.

† Aliàs humerali, cephalica, Basilica.

Peſſus induratas uteri inflammationes

* Apud Gal. 2. de arte curatiua, repercutiens emplaſtrũ.

BIU Santé

emolliēs, ac eius cruciatib. leniēdis, pedetētimq; ſedādis quàm aptiſſimus: Adipis anatis, medullæ cruris ceruini uel uaccini, bdellij molliuſculi, croci, lutei oui aſſi, fæcis olei ſeminis lini, fęcis olei lilij, ſingulorum pares modi. omnia ſimul in ſapa, aut alio quouis dulci uino ſubigūtur, fingiturq; peſſus dolorib. mitigādis, et uuluæ duriciei emolliēdis maxime opportunus. Cōducūt præter hæc inſeſſus ī decocto fœnogræci, ſeminis lini, chamęmeli, meliloti et braſſicarū ſūmitatū: q̄ ſingula ꝑ ſe, aut ſimul oīa dulci aquę incoquunt.

*De exulceratione, abſceſſu & cancro uteri.*
*Cap.* LXXXVI.

VTeri exulceratione testat pus, aut ſanies à uulua ꝓfluēs. ſi itaq; prompta in cōſpectum uenerit exulceratio, & pus aut ſanies à primis partibus ꝓfluxerit, nullaq; cauitas fœda putridaúe ægrā moleſtauerit, accipito aloē, thus, myrrhā, cinnabarim, ſarcocollā, & ea in pollinē detrita, laborāti parti inſpargito, tātiſper dū ſolutionē unitatis puluere illo reſtitutam uideas. Aut eū puluerē liquore aliq̄ perfuſum,

©BIU Santé

perfuſum, in unguẽti formã redigito, ac ita utere. Sin autẽ altè pus profluit, peſſo ad ſãguinis & puris eruptiões inſcripto, & ſucco plãtaginis ſoluto, in uterũ clyſterem infũdito. At ſi qđ effluit, fœdũ maligno'qꝫ odore fuerit, peſſum ſecundũ priore acriorẽ, dicto'qꝫ modo læuigatũ, in uuluam indito: prius tamen utero mulſa per eneũ oriculariũ clyſterẽ immiſſa, abluto.

*Cancro medetur.*

Porrò ſi præter materiæ fluxũ, cruciatus pũctiles & tumor durus, q̃ tactu deprehẽdi poſſit, adſint, magno ſtudio ne locus acriorib. iritet̃, præcauendũ eſt. Proinde ſucco plũbi, quẽ attritu ſupra apparauimus, aut ceruſſæ unguẽto opportune utemur, uenã'qꝫ cubitũ preptantẽ utiliter incidemus. Eſt præterea ægra ab his q̃ atrã bilẽ accumulare ſolẽt, et aromatib, & ſeminib. calidioribus, et ĩcidẽtibus, q̃buſqꝫ cõdita calidiora apparari cõſueuerũt, arceda.

De uuluæ ſtrangulatu. C.LXXXVII.

*Ex uitiato ſemine, aut menſibus.*

SI qñ mulierẽ diutius ſanguinẽ menſtruũ retinuiſſe acciderit, ac ad multũ interuallũ uirũ non admiſiſſe, quũ tamẽ ad uenerẽ ea procliuis extiterit: præterea

ſi gra-

BIU Santé



ſi grauitatē & dolorē in demiſſioribus fœ- i. femoris.
minis partib. perceperit, ad hæc ſi quēdā
ueluti ad ſuperiora ex pubis partibus cō-
tractum ſenſerit, animi deliquiū fortaſſe
hæc comitabit, & ueluti emortua morbó
ue comitiali correpta mulier proſternet.
Vnde quoq; ægerrime eam aërē inſpira-
re, uel arterias pulſare, ꝑcipiemus. Et for
ſitan his accidētib. oppreſſa, ſuffocata pe
ribit, fortaſſeq; (licet difficulter) ſanitati
reſtituetur. Quapropter hunc affectū ſta- Dū eſt ſatis
tim atq; implicat, ꝓpellito. Incipito itaq; urium Cel.
curationē, à pedum & crurū fictione, eo- uenā ſecat.
rundēq; dolorificis uinculis aſtrictiōe, ſe-
cundū hæc per magnarū cucurbitarū in
pube et fœminib. agglutinationē. Obſte
trici quoq; digitū odorato oleo intingere
præcipito, ut eo in uteri collo inſerto, &
penitius q̄ſi ad uuluæ os demiſſo, circūli-
nitu & titillatione corruptū ſemē eliciat.
Naribus etiā ſtruthiū inſpirandū, ac auri
bus † prolatæ uoces ſonoræ inclamandæ † Aliqui cer-
ſunt. Itē nihil iucūdo gratoúe odore pol- tas ridicu-
lens narib. admouēdū, imò odorata, cu- las uoces
ius generis gallia moſchata eſt, recte abij- præſcribūt.
ciuntur.

©BIU Santé



ciuntur. Inguina autẽ, ac illis cõtermina loca, odoratis epithematis foueto, & ea q̃ tetro fœdoúe odore ſunt, naribus inducito, cuius notæ ſtercus, caſtoreũ, ſulphur, & extinctũ ex lucerna linimentũ, cẽſent.

*Pli. addit capillos mulieris crematos.*

Cæterũ muliere ualetudini reſtituta, iã recẽſendis pręſidijs, ne denuo affectus exerceat, eã à noxa præſeruare ꝓfuerit. Proinde ſi morbus poſt mẽſiũ ſuppreſſionẽ naſcat̃, ea quæ mẽſibus ciẽdis ſunt prębeto. Itẽ è pedis uenis ſanguinẽ detrahito, inguinibusq́ꝫ ac coxis cũcurbitulas affigito.

*post longã viri disiunctionẽ dissuetudinem (*

Porrò ſi poſt diu ĩtermiſſum cõcubitũ (q ſubĩde huius mali autor eſſe cõſueuit) huiuſcemodi noxa inuaſerit, ſummè auxiliabitur cũ uiro coitus: aut ſi eius occaſio non datur, obſtetrix, aut ipſa mulier præſcripta ratione interpoſitis interuallis ſemen prouocabit.

*Circa finem quinti ad Almãſorẽ.*

Vel ſemen extinguẽtia, quæ ſuo loco executus ſum, offerto. Item paſtillos ex myrrha Capite de citandis menſibus inſcriptos porrigito.

*Ex muliebri ſemine et affluẽtib. menſibus.*

## De mola uteri. Cap. LXXXVIII.

INterdũ mulieres affectus quidã angit, qui per initia cõcepti fœtus ſuſpicionẽ adfert.

©BIU Santé



adfert. illis em̃ uẽter intumeſcit, & decolo ratæ apparẽt, menſesq; ſupprimunt̃. Motus tamẽ qui in hoc morbo eſt, ab eo ꝙ ab infantib. fit, diſſimilis percipit̃. mola nãq; digitis uiolẽter iniectis, à ſuo loco aliter q̃ fœtus dimouet̃. Cęterũ circa finẽ mali cũ magnis laborib. doloribusq; informẽ aliquam carneã maſſam, nõ aliter q̃ ſi parerent, educũt. Interim aũt interdũ ſoli flatus, & humorũ copia, ab utero ꝓrũpunt. Vnde uẽter ſidere ſolet, atq; enumerata ſymptomata ab ægrotante offerri. Porrò poſtq̃ *tẽpus, q̊ fœtus utero geſti moueri ſolẽt, lapſum eſt, paſtilli ex myrrha ſeminũ incidentiũ decocto læuigati, ꝓpinãdi ſunt, oleũq; †balſami inguinibus, & uteri collo inungẽdũ. Ad hæc peſſus, ꝙ ruta et mẽtaſtro cõſtãt, & alios Capite de mẽſium ꝓuocatiõe, fœtusq; eductiõe cõſcriptos, ſubijcere cõuenit. Quantitas quoq; catapotijs fœtidis una uice porrigẽdis inſcripta, pluries ꝓpinabit̃, ſiquidẽ his omnibus, affectæ propediem liberabuntur.

*Quæ molã educunt.*

*Id ferè 4. aut. 5. menſe eſt.

†*Aliàs, cheiſim, hoc eſt liguſtici.* *Aliàs de raſim.*

## De ramicũ generibus. Cap. LXXXIX.

SI alicui in abdomine pars aliqua prominet,

*Laxato, aut rupto ad ua*

BIU Santé


*ſa ſemina-ria perito-næo.*

minet, quæ reſupinato ægro, & leniter digitis parti admotis, ſidit: quæq; rurſus ſedēte ægro prouoluit̃, affectus ramex dictus ægrū moleſtat. Quocirca hoc morbo implicitus, à uehemēti motu, nēpe curſu, ſaltu, clamore, & id genus alijs, pręſertim poſt ingeſtū cibū, cohibēdus eſt, ac à fabarū, & imprimis phaſelorū, lenticulę, oleorū, horūq; q̃bus inflādi uis adeſt cōmeſtiōe, omnino arcēdus. Verū inter cætera maxima laborāti ſolicitudo, ut aluus cita fluat, habēda eſt, ſiqdē ea ratiōe, fortaſſis quo minus doleat præcauebit. Præter hæc, loco deligaturā cōuenientē, præcipue dum occaſio motū præcipit, accōmodare cōfert. Tamē ſi uehemētius uenter eminet, et grauat, à motu omnino abſtinēdū, niſi forti faſcia, aut alio ad id idoneo uinculo, inguinib. præcinctis. Emplaſtrū ad ramicē. Gallarū, cupreſſi, utriuſq; partes duæ: myrrhæ, cyperi, ſampſuchi, acaciæ, thuris, gūmi Arabici, cuiuſlibet pars una, gūmi uino læuigant̃, & reliqua in puluerē ꝓbe coacta, illis adijciuntur, deinde contuſa, & reſupinato ægro inſtar

©BIU Santé



inſtar emplaſtri admota recte deligant̃, et inſoluta ad † triduũ, aut quatriduũ ſinuntur. Tunc itaqꝫ rurſus ſupino procũbẽte ægro, faſcia laxatur, eoq́ꝫ emplaſtro abiecto, aliud in eius uicẽ applicat̃, ea nãqꝫ ratione, ne dilateſcat malũ, cauet̃. Quum ramex ad teſtes pertinet, ſcrotũ increſcit ac intumet, idq́ꝫ uel ob coaceruatos flatus, uel alicuius humoris coluuiẽ ibidem collectã, aut propter inteſtinũ aliquod in eam partẽ deuolutũ. Si itaqꝫ ob ꝓlapſum inteſtinũ cõtingit, grauis & excruciãs, tactuq́ꝫ indolẽs ramex erit. Proinde illi eandem quoqꝫ, quam præſcripſimus uiuẽdi rationẽ inſtituemus, ac pauloante dicto emplaſtro ſuperaccõmodato, locũ continuo faſcijs cõſtringemus: ſiquidẽ ramex uinculis nõ cõpreſſus, indies magis dilateſcit augeturq́ꝫ. Si uero ob coaceruatã humoris colluuiẽ euenerit, ſcrotũ ipſum turbidum, terſum ac intẽſum conſpicit̃. Huic itaqꝫ aquoſo ramici epithema Capite de aqua ſubter cutem ad ἀσκίτην deſcriptũ, circumlinendũ, aut potius emplaſtri modo ſuperaccõmodandũ. In hoc præ-

*† Aliàs, ad ſex, aut ſeptem dies, nec malè.*

*Hactenus de inguinũ ramice egit.*

©BIU Santé


ſenti affectu, aqua interdum ad inferiora procũbit, per quę etiã nonnunq̃ reſudat, & aliquãdo parte ſcalpro pertuſa, ꝓfluit. quibus occaſionib. æger ad tẽpus malo liberatur, at tẽporis ſucceſſu morbus repetit. Proinde poſt effluxum humorẽ, ægrotãti ignitis ferris, et medicaminib. ſtrenuè ſiccãtibus ac aſtringẽtibus, ſuccurrẽdum eſt. Quoniã illorũ remediorũ uſu, mali reſtitutio fit, nec aliàs huiuſcemodi noxa ægri tentant̃. Cæterum harum manualium curationũ tractatio, propoſiti libri inſtituti non eſt. Quando autẽ huius affectus, flatuoſus ſpiritus autor eſt, locũ perfricare benefacit, & oleo ioſmino in quo caſtoreum & euphorbium læuigata ſunt, rectè pars tumida ſubungitur, ac in penẽ quoq; guttatim huius portio, commodè per ſyphonem inſtillatur.

*Apud Paul. lib. 6. C. 62. Cel. lib. 7. cap. 21.*

## De *podagra, reliquisq́; articularijs morbis*. C.XC.

*A calidi humoris affluxu.*

SI quando articulos dolor cũ tumore exercet, & tactu locus calidus, colore q́; rubro perfuſus percipitur, ægrotãti ſi dextro pede laboret, ex extrema dextra manu, aut cubito: ſi ſiniſtro, ex ſumma læ

ua

BIU Santé

ua manu, aut cubito, ſanguinem detrahito. Partẽ quoq; affectã, ad reprimendũ humorũ influxum, doloremq; remittendum, hoc epithemate irrorato. Roſarum rubrarũ, ſandali rubri, nucis Indicę, glaucij ſucci pręparati, lapidis Armenij, opij, ſingulorũ æquæ portiones, his aqua & aceto ſubactis, epithema inducitur, ac ne concalefactũ noceat, ſubinde repetitur. Itẽ herbæ pulicaris ſemen aceto maceratum, & chartæ, uel alicui linteo ad id idoneo inductũ, tãtiſper dum tepuerit, dolẽti parti ſuperaccõmodato. Quando autẽ tepuerit, illo amoto, in eius locum aliud debile refrigeratũ, applicato. Ad hæc alluum myrobalanorũ et hermodactylorũ iure deijcito. Præparabis aũt huiuſcemodi ius hac ratione. Accipies myrobalanorum citrinarũ drachmas quindecim, pulueris turbit oleo amygdalarũ dulciũ circumliti, filiculæ (quam Gręci πολυπόδιον uocant) utriuſq; drachmas tres, foliorum arboris ſenæ drachmas quatuor, ſeminis fumariæ herbæ tantundẽ, hermodactyli albi, ſeminis intybi, ſeminis apij, roſarũ,
 ſingu-

©BIU Santé


ſingulorũ drachmę duę. omnia in tribus libris aquæ, ad duarũ conſumptionẽ decoques, & inſup manibus adamuſſim cõfracta percolabis, ac eius excolati iuris uncias ſex, aut ſeptẽ cum ſacchari albiſſimi drachmis decẽ, proſpere porriges. Verum ſi quis præſens decoctũ faſtidiuerit, catapotia præbeto, quæ lecto decumbentes ſurgere, moueri, & obãbulare faciũt. Cõpoſitio quidẽ eorum in hunc modũ ſe habet. Aloës drachma una, ſcãmonij* obolus ſemiſſis, roſæ rubræ cõtritæ obolus unus, hermodactyli albi drachma ſemis. redigito hæc in catapotia, ac una uice porrigito, habito interim reſpectu uiriũ ægroti. Cæterũ æger cibis infrigidãtibus & auſteris enutriendus eſt, & à uini potu & carne, hiſq; quæ melle parantur circumcidẽdus. Cũ uero tumoris ardor inflãmatioq; cõquieuerint, his quæ calidiorib. tumoribus diſcutiendis ſunt, affectus ſanabit. Eius quidẽ notæ hoc eſt: Cera oleo lilij ſoluta, ſucco fœnogræci, & ſeminis lini cõmiſcetur, ſimulq; ad debitã mixturã piſtillo terunt. & deinde epithematis

*Interpres male quartam partẽ drachmæ uertit.

*Plura et meliora. 7. ad Almã. libro deſcribũtur*

©BIU Santé


matis inſtar ægræ parti accõmodantur.

Interuallis uero quibus ſanus, ac ab acceſsionibus æger liber eſt, uenæ ſectione circa tẽpus quo malo torqueri ſolet, idq; potiſsimũ in uere, eſt utendũ: ac aluus his quæ flauam bilẽ purgãt deijcienda, atq; à uini, & eorum quæ melle apparãtur, & carnis uſu abſtinendũ. Proinde cibis acidis & auſteris, hisq; frigiditate paribus, enutrietur. Porrò partes huiuſcemodi uitio cruciari ſolitas, paulatim à conſueto exercitio diſſueſcere confert, maximè dũ acceſſionis tempus expectatur, et corpus & uenæ ſanguine turgẽt, & quãdo à uenæ ſectione, atq; alui ſolutione, ad longũ interuallũ æger ſibi tẽperauerit. Cæterũ ſi quãdo articulorũ dolorẽ neq; ardor, neque rubor concomitetur, & æger frigida temperie ſit, locusq; tactu algidus percipitur, inter curatiõis initia, catapotia maiora de hermodactylis porrigenda ſunt. Quorũ mixtura talis eſt: Hermodactyli, ſatyrij, chamæleæ, cuiuſq; drachmę quinque, hieræ picræ drachmæ decẽ, cucurbitæ ſylueſtris, cẽtaurij minoris, utriuſque

*Huius morbi præſeruatio.*

*Acetũ tamẽ quũ ſit neruis inimicũ nõ cõuenit.*

*A crudo humore.*

©BIU Santé



drachmę q̄nq;, euphorbij drachmæ duę, turbit drachmę decē, thapſię Indicæ, zin giberis, ſinapis, piperis, caſtorei, ſingulorum drachma una. omnia ſimul roſarū melle excepta, in catapotia digerunt. horum pōdus à drachmis duabus cū ſemiſſe, ad tres datur. Sanè mirifice hęc catapotia proſunt, ſiquidē ægre ſurgētes ad ambulationē promouent. Epithema ad frigidū pedum articularem morbū efficax. Styracis liquidę, caſtorei, euphorbij, myrrhæ, aloës, acacię, ſingulorū æquę portiones. his uino ueteri affuſo, formatᷣ epithema. Cæterū dolore ſe remittēte, laborāti calidæ aquæ ab alto inſtillatiōe, & olei liliorū inunctiōe, proſpere ſubueniemus. Emplaſtrū præterea ex bdellio molli, ſtyrace, fœnogręco, ſemine lini et ammoniaco præparatū, utiliter dolenti parti inducemus. Adaptabimus autē id ad hūc modum. ammoniacū cum bdellio uino ueteri diluemus, quo reliqua excepta, ac ſimul linteo aliquo accōmodata, loco inſtar emplaſtri ſuperponemus. Id quidē articulorū uitium, quod in lapideā duriciem

*Practici horū uſum, cō coquentia præceßiſſe uolunt.*

§

*Vtūtur nulli cat. Meſ. ex hermo. quia nō adeò uehementes.*

*Tophi articulorum.*

BIU Santé



ciem occalleſcit, quodq́; cola & articula mēta tophis adimplet, prę ſentis affectus, de quo iã paulo ante locutus ſum, ſpecies cenſet. Quare hoc quoq; uitio implicitos à faſtidioſa ciborũ repletione, frigidæ potu, cibis glutinoſis & craſſis, & crebra temulētia, merito arcere cõuenit. At poſtq̃ ſanitati reſtituti fuerint, mediocre exercitium, præſertim ante cibũ illis imperãdũ eſt, & à uenere imprimis uentriculo cibis diſtenſo, ſunt cohibēdi. Ad hæc à balneo dulcis aquæ abſtinere, & poſt aſſumptos cibos quieſcere, cõſiliũ eſt. Potui uero eis uinum merũ ac uetus, & ea quę urinas citant medicamina, dum ſani uiuũt, porrigētur.

*Ex calore medicaminũ craßis reliquis induratis, & tenuibus reſolutis.*

*Mali à frig. humore præſeruatio.*

Affectus à parte implicita coxendix appellatus, is dicit̃, qui ab oſſę lato & coxendicis per fœmur ad genua uſq; protendit̃, quiq́; nõnunq̃ etiã in longũ uirgę inſtar, per totũ crus dimiſſus ad ſummũ uſq; pedē pertingit. In hoc itaq; affectu, ſi intemperie calor præualet, urineq́; coloratæ ſint, ſanguis primũ uena cubitum perreptãte lateris dolentis pertuſa, ob plethoriã minuēdus eſt: deinde poplitis, aut

*Coxendix, ſiue Sciatica.*

*A ſanguine.*



Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 239 sur 255

©BIU Santé



ea quę exteriorē malleolū perreptat, deriuationis gratia ſecta, opem fert. Item ea quæ ad calidum articularem pedum dolorem inſcripſimus, præter humorum tamen in partem impetum reprimentia, ſummopere cōfert. Cæterum ſi æger frigida temperie fuerit, colorq́ exalbidus et aquę ſubter cutem ſimilis, ſubinde raphani decocto, & ſyrupo acetoſo, uomitū irritato. Coxā uero, & fœmur, et tibiā totam oleo in quo caſtoreum, euphorbiū & ſtyrax læuigata ſunt, cōtinuo inungito. At ſi coxendicis dolor diuturnus, & ſolutu cōtumax fuerit. ægrotāti clyſteres ex muria Nabathęæ & nitro prępa ratos, infundito. Collyriū quoq; ex cyclamine & ſylueſtri cucurbita confectū, & raphani & cepæ decocto ſolutū, quouſq; locus leniter exulceretur, ſuperaccōmodato: quoniam papulis cōcitatis, affectus ſubinde reſtitui conſueuit. Si uero morbus in uetuſtatem inciderit, ſumito ſinapis & ſtercoris columbini æquas partes, & eas tritas ficuum decocto excipito, ac in morē emplaſtri coxendicis regioni ſuperinducito,

*A crudo ſucco.*

i. baurach

*Has exulcerationes ne cito cicatrice obducantur, braſſicæ folijs tegunt.*

©BIU Santé


cito, ac tantiſper dum ex concitatis ueſiculis ſanies profluat, ſinito. & deinde locum aqua calida irrorato. Poſt hæc diebus aliquot, ægrum à medicaminum uſu liberum reddito. ſicq́ illis ſanitati non reſtituitur, eandem curandi rationem repetito, ac ita ægrotanti ſuccurrito. Porro ſi affectus diuturnus ad multum tempus exercet, ſuſpicioq́ ſit luxationis capitis fœmoris ex coxendricis cotile, ob uiſcoſi humoris uitium, aut ſi articulus iam luxatus fuerit, ad uſtionem deſcendere oportet. Proinde ferreo inſtrumẽto † inſtar rotæ adaptato, locum circa articulationis latera urito, & in lati oſſis ſummitatis, ac fœmoris capitis cute, ignito ferro aliam cruſtam inducito, prioremq́ ea ratione augeto. Verum huius rei tractationẽ præſentis libri termini haudquaquam admittunt. Præter autẽ omnia iam comprehenſa, dum ualet æger, uomitum ſibi familiarem reddet, ac aluum facile reſpondentẽ ſibi procurabit. Præterea uictus rationẽ (craſſos cibos, multamq́ temulentium à e arcendo) extenuabit.

† *Aliter idẽ autor in libro de articularijs morbis, capite. 25.*

*Recẽtiores Græci tres cruſtas urunt.*

©BIU Santé



### *Ad incipientem gibbum.* Cap. XCI.

*Ab humore frigido.*

QVum gibbus primũ naſci cœperit, catapotia maiora ex hermodacty-lis porrigito, ac ſubinde olei † liguſtici drachmas tres, cũ ſeminũ calidorũ deco-cti uncijs tribus, propinato. Ad hæc, partem oleo ioſmini, in quo ſtyrax liquida, caſtoreum, euphorbiũ ſubacta ſunt, illi-nito, & à craſſis refrigerãtibusq́ cibis æ-grum arceto. Præterea aquam calidã, cui mentaſtrũ, ſampſuchus & ſtichas Arabica ſeu Gallica icocta ſint, parti ab alto ſu perfundito: inſuper frequẽtes frictiones, atq; ex calidiorib. oleis inunctiones, ten tato. Quod ſi hoc morbo correptus puer fuerit, tepentis aquę balnea, ac ex iã enar ratis oleis inunctiones, abunde auxilia-buntur.

*† Aliàs, balſami.*

Aliàs olei de [illegible], vel de [illegible]

*Ab inflammatione.*

Verum ſi nunc primũ naſcẽ-tem gibbum febris concomitetur, à iam dicta curandi ratione, planè eſt diſceden dum, & ex herbis infrigidantibus deco-ctum cum caſſia fiſtula potui propinan-dum. Item uena quoq; axillaris pertun-denda, atq; emplaſtra ad dolentẽ locum uſq;, ui ſua refrigerandi perreptãtia, affe-

ctæ

BIU Santé


ctæ parti ſuperaccommodanda ſunt.

De *uaricibus*. Cap. XCII.

SI uenæ dilatatæ & turgidæ, & uarijs orbibus implicatę, uiridioresq́ in cru re cōſpiciātur, affectus à pleriſq́ uitis appellatus, ob ſimilitudinē quam cum uitis maioribus ramis inæqualiter diſtributis habet, hominē afficit. Quo morbo multos labores pedibus ſubire ſoliti, cibiſq́ melancholicū ſanguinē coaceruantibus copioſe ſe implētes, ſubinde offendūtur. Inter initia itaq́ pręſidiorū uenā axillarē incidere expedit, ac his quæ bilē atrā educunt, quorū Capite de melācholia meminimus, aluus rectiſſimè ſubducetˀ. Et hęc pluries reiteranda ſunt, & ab omnibus à quibus melācholici arcentˀ, omnino pręſenti affectu implicitì, cohibendi ſunt. Poſtq̃ autē ad dies aliquot præſcripta curādi rōne uſi ſumus, ſanguinis detractionē è uenis cruris intumeſcētibus, moliri opportunū erit, ex quibus tantiſper dum q̃cquid in illis collectū ſit, effluxerit, ſanguis manare ſinetur. In ſumma igitur, ægrum bilē atrā euacuantib. uti, uenamq́ axillarem

*Acrasso & melancholico ſāguine.*

*Excindun- tur interdū uarices, ut*

©BIU Santé



*apud Paul. li. 6. ca. 82.* i. baſilicam omiſſio venæ vocabulo.

axillarem pertundere confert: proinde et ab omnibus melancholicũ ſuccum generantibus, abſtinere opportunum eſt.

De *elephantia.* Cap. XCIII.

*Inter reliqua remedia Græci aduſtionem capitis probant.*

HIc affectus poſtq̃ penitius radices infixerit, nunquã curationẽ admittit. At ſi recens adhuc malũ eſt, & manũ quis ei recte adhibet, eoq́ quo debet modo præſidia applicet, reſtituitur, aut ſaltẽ ne inualeſcat augeaturq́, illi ꝓſpicitur. Quando itaq; crura intumeſcunt, & totus habitus atro colore ſuffunditur, uenæq́ quas uarices appellant apparẽt, frequentẽ uomitũ à radicula aſſumpta, aut cibis imperare cõducit. ſimiliter quoq; à nimia obambulatione, & à recto corporis ſtatu abſtinere cõfert. Preterea uenter ſecundũ uomitũ, catapotijs maiorib. ex hermodactylis ducẽdus eſt, & deinde uomitus reiterãdus. Hæc nanq; ſubinde repetita iuuant, & æger à craſſorũ eſu utiliter arcetur. Itẽ tibiam totã ligatura ex canina pelle intercipere conuenit, idq; uinculo prius in calcaneũ iniecto, atq; ita surſum ad genu deducto. Verũ ante ligationem,

©BIU Santé


nē,epithemata ex aloē, myrrha, acacia, hypociſtide,& alumine,ſimul ōmnib.in aceto acri detritis,prẹparata,cruri admouere ex uſu eſt. Venā quoq; interiorē cubiti,ſi res expoſtulauerit,manus oppoſitæ incidere oportet:idq; magis uere,in q̄ potiſsimū hæc lues & naſcitur,& intēditur. Caueat etiam ẹger,ne rectus ſtet,niſi uniuerſo crure exactiſſime deligato, & nulla ratione ab huiuſcemodi epithematum uſu abſtineat. Itē uomitu quoq; idētidē utatur. Quod ſi ẹger ſtatim à uomitu quietē petat, is braſſicarū ſeminibus, ſtichade Arabica,ſarmentorū cinere, lupinis,nitro,caprino ſtercore,fœnogræci ſarina,ſimul in ſalita aqua decoctis,euaporādus eſt. Prẹterea uno atq; altero die ex *lixiuio fotus,optime facit.nā hoc ꝓpoſiti affectus,præcipuam partē diſcutit, aut ſaltem illum leniorē mitioremq; efficit.

*l. mentaſtro*

** Hoc lixiuiū multi ex quercus cineribus, aceto peracri, & uino calidiore parant.*

### *De lumborum rubore, ſeu exulceratione.* Cap. XCIIII.

CVm quiſpiam diutius ſupinus dorſo incumbit,renū regio rubet, unde et †parua ulcuſcula nōnunq; eueniūt.

*† Alias, ligna.*

Quando

BIU Santé

Quando itaq; rubor intendi cõſpicitur, miliũ, aut panicũ, aut ſalicis folia ſubſternenda ſunt, æger& frequenter ab incubitu ſubleuãdus eſt. Ac hæc loca rubentia, aqua roſacea niue aut fonte refrigerata, irrorare, & flabellis ea euẽtilare, cõducit. Verum calore non conquieſcẽte, epithema Arabibus alhubrati dictũ, ex aqua roſacea, cãphora & alijs quibuſdã refrigerantibus ſuccis præparatũ, ueluti Capite de phlegmone deſcriptũ eſt, ſumma utilitate ſuperaccommodabitur. Vel ſuccus plumbi, ſupra ad uuluæ ſciſſuras inſcriptus, utiliter loco inducetur. Iam ſi papulæ, atque exulcerationes oboriantur, unguento quod * ceruſſa conſtat circumlitæ, reſtituentur.

*Li. 7. ad Almãſ. ca. 10.*

* *Officinæ albũ Raſis uocant.*

### *De doloribus extremarum, ſummarumue partium.* Cap. XCV.

DVm dolor aliquis, manũ aut pedẽ exercet, æger interrogãdus eſt, an is illi ex ictu, uel incidente quopiã corpore, uel diuturno in partẽ innixu, uel alia quacũq; manifeſta cauſa, euenerit. Quoniã ſi eius doloris externa cauſa autor nõ fuerit,

©BIU Santé



fuerit, affectũ locum intueri oportet, an ne ſcilicet cæteris partibus plus minusúe rubeat, ſiquidem ſi uniuerſo corpore ma gis rubore ſuffuſus fuerit, pręſidia phleg moni dicata ex uſu erunt. At ſi neq̃ calidior, neq̃ ſanguinolẽtior percipiat, ſed ſi indies liueſcat exicceturq́; aquã calidam ab alto illi inſtillare cõfert. Item cera oleo macerata, inuncta, & tãtiſper dũ cõquieuerit dolor, in parte relicta, ſubſidiũ præſtat. Cæterũ ſi pars ſubtumida, manuũ tactui ſubfrigidã temperiẽ referat, ſubinde eam infricare expedit, ac aquã calidã ĩ qua ſampſuchus, chamęmelũ & ſtichas Arabica ebulierint, parti infundere, uti iã diximus, utile putat. Dehinc oleo *lutearum uiolarũ, quæ antiquis parietibus innaſcũtur, locus irrorabitur. At æger uictus rationem extenuabit, multoq́; exercitio utetur. Item in laconicum primam balnei domũ, ut ſudorẽ prouocet, utiliter ingredietur. Verum ſi hæc inualida fuerint, aluus ſeroſum ſuccũ expurgãtib. remedijs, ducẽda eſt. Pars præterea ſi tactu frigida

*Li.7. ad Almãſ. ca.10.*

** Officinæ cheiri uocant.*

©BIU Santé



frigida experiatur, primum fricanda eſt, deinde oleo coſtino, & oleo ioſmini & balanino, & his uiribus paribus, modiceq; tepentibus, circumlinetur. At ſi hæc quoque inefficacia fuerint, unguentis, Capite de neruorum reſolutione ſuperius compræhenſis, donec probe omni moleſtia æger liberetur, inter ungendum utemur.

1. sambucino
2. de been

PARAPHRASEOS ANDREAE vveſalij Bruxellenſis in nonum Rhazæ ad Regem Almanſorem, de affectuum ſingularum corporis partium curatione,

FINIS.

ANDREAS

BIU Santé

# ANDREAS VVESALIVS BRVXELLENſis Candido Lectori S. D.

VEREOR optime Lector, undecunque delicatioribus auribus ſatisfactum nõ eſſe, quum interdum in hac noſtra Paraphraſi uoces quaſdam ab Arabibus, & ferè omnibus noſtri temporis Medicis in medendi uſu tritas reliquerim, quæ tamen nec uerè Latinæ dici poſſint, nec ab eruditis in Latina lingua ſcriptoribus (Plinium dico, Celſum, Largum, Varronem, & Columellam) receptæ ſint. Quare te hoc loco admonendum duxi, non id ubiq;, ſed interdum & neceſſariò factum, nimirum in quibuſdam ſimplicium medicaminum Græcis illiſq; autoribus incognitis nominibus, & aliquibus compoſitorum medicaminum formulis: cuiuſmodi ſunt, myrobalanorum Arabibus uſurpata genera, tamarindi, camphora, iuleb, ſyrupus, electuarium, aliaq; (ſi quæ reperiantur) ſimilia. Quicquid tamen ſit, nullam omnino eius generis relictam exiſtimo, quam non alicubi in libri marginibus, quibus interdum Lectori conſulere ſtatui, aut orationis ſerie, prout res poſtulare uidebatur, explicauerim, meumq; quid de ea ſentirem iudicium adſcripſerim. Neq; uero me fugit

P eſſe non-

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 249 sur 255

©BIU Santé



eſſe nonnullas, quæ Latinè quidem, Græceúe exprimi potuiſſent. Sed quoniam autores de his parum inter ſe conſentire uiderentur, ſatius putaui, eas quoq; quales reperiſſem relinquere. Talia ſunt, turbit, Arabum ſpodium, kanabel, cali, & ſi quæ ijs ſunt cognatæ dictiones: quas tamen omnes huiuſcemodi ferè nota * uel ſemel ſaltem ſignari curauimus, quemadmodum & hac † diuerſam ubiq; lectionem iudicare placuit. Præter quas et hanc § in ipſo cõtextu dictionisq; ſerie collocatam reperies, ut nimirũ intelligas, quod quicquid ea includitur, id Rhazæ omnino non ſit. Quanquam nec omnia, quæ paraphraſtica libertate interieci, his ſtatim quoq; characteribus ceu terminis intercipienda duximus: at ea duntaxat, in quibus, aut propter prolixitatem, aut nouam inuentionem, à moroſiori quopiam petulantiorisq; linguæ incuſari poſſem. Licet & id rarius, quum magis paraphraſtæ, quàm interpretis officium inſecutus ſim. Vale candidiſſime Lector, & hunc noſtrum laborem, quem primus inter eos, qui aliquid poſteris in medicina reliquerunt ſubiui, boni conſule.

©BIU Santé

# ELENCHVS BREVIS EORVM, quæ ſingulis huius libri Capitibus continetur.


Cap. 1 De capitis dolore. Cap. 1. Pag. 1

2 De uertigine, quam Græci σκότωμα uocant. 2. 8

3 De phrenitide. 3. 10

4 De apoplexia. 4. 13

5 De ſopore. 5. 16

6 De congelatis, quibus ſemper oculi inconniuentes manent. 6. 17

10 De neruorum reſolutione, quæ παράλυσις dicitur. 7. ead.

11 De ſtupore & tremore. 8. 21

12 De oris diſtortione. 9. 23

13 De conuulſione, quam σπασμὸν Græci uocant. 10. 24

8 De morbo comitiali, ἐπιληψία dicto. 11. 25

7 De incubone, qui affectus ἐφιάλτης Græcis dicitur. 12. 30

9 De melancholia. 13. 31

14 De diſtillatione, raucitate, & grauedine. 14. 39.

15 De lippitudine, quæ ὀφθαλμία Græcis uocatur. 15. 43

16 De oculorum ulceribus. 16. 47

17 Ad ea quæ oculis incidunt educenda. 17. 51

18 De albugine oculo innata 18. 52

19 De ſcabricie & tunicula. 19. 54

20 Ad maiorum angulorum carunculas pruritu uexatas. 20. 55

21 De ungui oculorũ, quod πτερύγιον Græcis uocatur. 21. 56.


P 2 De uibice

©BIU Santé




cap.22 De uibice, ac cruentis ſuffuſionibus ex ictu, aliaue cauſa. 22. 58.

23 Ad lachrymas. 23. ead.

24 De uiſus debilitate. 24. 59.

25 Ad palpebrarum tumorem, Græcis χίμεθλον appellatum 25. 61.

26 Ad palpebrarum pilos, oculos iritantes. 26. ead.

27 De ſuffuſione, ſiue humorum in oculum affluxu. 27. 62

28 Ad nocturnam cæcitudinem, quæ νυκτάλωψ Græcis dicitur. 28. 65

29 De dilatatione pupillæ. 29. 66

30 De fiſtulis, maioribus oculi angulis accidentibus. 30. 67

31 De aurium dolore. 31. 69.

32 De auris ulcere. 32. 72

33 De ſonitu & tinnitu aurium. 33. eadem

34 Ad grauem auditum. 34. 73

ibid. Ad aurium uermes, et animalcula auditus meatum irrepentia. 35. 76

ibid. Ad ea quæ in meatum auditorium incidunt euellenda. 36. eadem pagina 76.

35 Ad ſanguinem è naribus erumpentem. 37. 77

36 Ad narium cruſtas & ulcera. 38. 79

37 De polypo & ſarcomate. 39. 80

38 De oblæſa olfaciendi facultate. 40. 82.

39 De dentium & gingiuarum dolore. 41. 84

ibid. Medicamenta eradicantia & confringentia dentes. 42. 87.


Ad ſtuporem

Paraphrasis in Nonum librum Rhazae ad Regem Almansorem, de affectuum singularum ... - page 252 sur 255

BIU Sante



cap. 40 Ad ſtuporem dentium. 43.88
ibid. Ad dentium refrictionem. 44.ead.
ajout De linguæ oriſq; ſuperficiarijs ulceribus. 45.ead.
41 De gingiuis ſanguine humentibus. 46.89
42 De laxatione procidentiaúe gargarionis. 47.90
43 De hirudinibus gutturi incidentibus, aut alijs reptilibus fortuito irreptantibus. 48.91
44 De his quæ in os, ſeu œſophagum prolabuntur. 49.93
45 Ad oblæſum linguæ ſenſum, ac deficientem motũ. 50.94
46 Ad linguam in nimiam molem intumeſcentem. 51.96
47 De tumore ſub lingua enato, qui ranula dicitur. 52.97
ibid. Ad puſtulas ac tumores linguæ. 53 ead.
48 De angina. 54.ead.
49 De tuſsi. 55.100
50 De difficultate ſpirandi, quam Græci ἆσθμα appellant. 56.102.
51 De laterali dolore, qui πλευρῖτις Græcis dicitur. 57.104
52 De pulmonum inflammatione, quæ περιπνευμονία Græcis dicitur. 58.108
53 De cruentis ac purulentis exputionibus. 59.109
54 De tabe, quæ φθίσις Græcis dicitur. 60.111
55 De cordis palpitatione. 61.113
1 De cholera morbo. 62.115
2 De uentriculi imbecillitate. 63.120
3 De oris uentriculi dolore, ac inflammatione. 64.127
4 De ſingultu. 65.133
Nota ... de Gradi adjecit cap. 5. de vomitu.
6 De canino appetitu. 66.135

P 5 De ioci-

©BIU Santé

# ELENCHVS CAPITVM


Cap. 7 De iocinoris dolore. 67.136
8 De morbo regio, qui ἴκτερος Græcis dicitur. 68.140
9 De aqua inter cutem, quæ ὕδρωψ Græcis dicitur. 69.142
10 De lienis dolore. 70.147
11 De morbis inteſtini plenioris & tenuioris. hic εἰλεὸς, ille κώλικος Græcis dicitur. 71.149
12 De uentris profluuio. 72.160
13 De urinæ difficultate. 73.170. 14 De renum & ueſicæ calculo. 74.175
15 De renum & ueſicæ inflammatione. 75.179
16 De urinæ ardore. 76.182
17 Ad ſanguinem & pus mingentes. 77.183
18 De his qui inuiti urinam reddunt. 78.185
19 De lumbricis in ano ac uentre natis. 79.188
20 De hæmorrhoidibus, ragadiis, ſciſſuris, & fiſtulis ani. 80.190
21 Ad procidentiam ani & 22 uuluæ. 81.198
23 Ad menſes confertim erumpentes. 82.199
24 Ad ſuppreßos menſes citandos. 83.200
25 De uuluæ ſciſſuris. 84.201
26 De uuluæ inflammatione. 85.202
27 De exulceratione, abſceſſu et cancro uteri 86.203
28 De uuluæ ſtrangulatu. 87.204
29 De mola uteri. 88.206
30 De ramicum generibus. 89.209
31 De podagra, 32 reliquisq; articularijs morbis. 90.210.214
33 Ad incipientem gibbum. 91.218
34 De uaricibus. 92.219 35 De elephantia. 93.220.
36 De lumborum rubore, ſeu exulceratione. 94.221
37 De doloribus extremarũ, ſummarumue partiũ. 95.222


nota, mattheo de Gradi adjecit tractatu de febribus.

FINIS.

# ERRATA INTER IMPRIMEN-
*dum fortè commiſſa, ſic emendabis.*

PAgina 18. in margine, uerſu 9. exhibenda ſunt. 38.22. myrobalanos. 53.1. remiſſ. 73.18. opportune. 77.21. è naribus. 79.15. gallinaceum adipem. 101.16. quoq;. 105. in margine, Hip. & Gal. ac alij Græci, &c. 114. in marg. uerſ. 12. ſub eo nomine. 145.17. albicans. 147.14. caſti. 166.2. tribus, pulicaris. 168. in marg. 4. unam.

BASILEAE IN OFFICINA
Roberti VVinter.
ANNO
M. D. XXXVII.
*Menſe Martio.*